

etiam, paulo ante eisdem hieras, & an saltem ipsa dilatione pendente, cogi possit debitor satisfationem praestare, & quae sufficiat, vide Prosper. Farin. d. l. 3. tom. in pract. crim. qu. 39. n. 22. 23. 24. 25. usque ad 38. & an iudex inferior a parte possit concedere saluum conductum in criminalibus, & post sententiam latam, & quando adendum, n. 79. cum seq. & vide de aliis utilibus quaestionibus.

De injusta detentatione ratione loci.

113 Quartò, & principaliter dicitur injusta carceratio ratione loci: generale namque est, quod in locis, in quibus jus, vel statutum, etiam municipale, consuetudo (quae lex est) prohibuerit capturam fieri, ut indebitam, est relaxandus, qui ad eundem confugerit, aut quomodolibet reperitur: ita docet Paris de Puteo, de syndic. in verbo captus, c. 5. incipit captus illicitè, n. 6. vers. & non solum capite impugnavit ratione loci, 138. B. in l. si quis sit fugitivus, §. Impugnavit. ff. de adilitio, §. in l. praesens, in princ. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, §. in l. 1. §. 1. ff. de acquir. rerum domin. §. in l. si cui, §. 1. col. 1. vers. 2. quæro, ff. de accusat. quibus in locis addit captum in locis, quibus de iure capite potest, debere relaxari. Idem dicit Bald. in l. si quis, §. Arist. ff. si servitus vindicetur, §. in leg. requirunt, in 2. colum. C. de servis fugi. Hippolyt. de Maril. in tractatu de homiciis, verbo captus, n. 6. ex quo videtur inferri potest, quod captus in Ecclesia, vel ab ea extractus, statim debet relaxari tanquam indebitè captus, l. praesens, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, ibi, nullus penitus coactus, quod conditionis de sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugus: textus etiam, in cap. si cui antiquitus 17. quæst. 4. cap. de reprobis 36. quæst. 1. cap. inter alia, de immunitate Ecclesiarum, imò sic extractus eidem Ecclesia protinus restituendus est, tanquam spoliatus, cap. sane de restit. spoliat. B. in d. l. praesens, Marfilii post Lapum Oldrad. & Abb. in tractatu de homiciis, verbo capti, n. 7. Angel. de malef. in verbo quod fama publica procedente, num. 59. & ibi in addit. littera B. Boërius decis. 109. n. 3. Jodoc. in pract. crim. tit. de citat. reali, id est captus, c. 15. n. 19. Joan. Mar. de Monticell. in tract. cri. regul. 12. n. 12. Nicol. Moron. in tract. de fide, treuga, & pace q. 103. n. 1. & seq. Duënas regul. 228. in princ. Petr. à Placha, in epistone delictorum, c. 24. l. 1. n. 15. ubi alios adducit Maria Soc. in tract. de cit. in 17. art. prin. Boffius in tract. de captura, n. 21. quæ opinio communiter approbata est per Canonistas, & Legistas, ut testatur Maran. Gomez, Remig. relati à Julio Claro, in pract. crim. q. 10. quem pariter refert, & sequitur Bonacof. in communi opinione, l. p. vers. Eccl. habet immunitatem, fol. 59. Cov. variat. resol. lib. 2. cap. 20. n. 2. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 10. n. 1. Decian. in tract. criminal. 2. p. lib. 6. cap. 25. rubr. de extrahendis ab Ecclesia, num. 1. & sequentibus, adeo ut ipsi extrahentes publici latrones habendi sunt, & excommunicandi, donec respicientes damnum omne relaxant, & ablata per poenitentiam restituant, ut declarat bene Jod. in pract. crim. rubr. de violat. temp. ac propterea evidentem, & notorium vim faciet iudex Ecclesiasticus, si confugientem ad Ecclesiam vi exemerit, ab hacque carceratione, tanquam ab injusta emissæ appellationis deferendum esse tribunal supremum; cujus auxilium violentiæ protestatur, declaravit.

115 Quod extendit non solum ad laicum confugientem ad Ecclesiam, verum etiam ut habeat locum in clerico, ut istic ab ea invitatus extrahi, & capi non possit, tenet Bernard. Diaz, in pract. crim. canon. cap. 115. Joan. de Vilchis in tractatu de immunit. Ecclesiarum, ab ipso citato, & ex Decian. Cov. Diaz, Claro, & infinitis aliis late fundat, limitat, & extendit Prosp. Farin. 3. tom. crim. q. 28. num. 7. & 8.

Et ut cætera in hoc articulo tacem, dico quod multum sunt ad Ecclesiam confugientes, quibus peculiari ratione ejus immunitas non faveat, imò jure justè, & lege permittente, ab ea capi, extrahique possunt invitati, quales ii sunt, accurate in unum redegit Remigius, tractatu de immunit. Ecclesiarum, Dec. an in tractatu crim. 2. part. lib. 6. cap. 25. rubr. de extrahendis ab Ecclesia, Cov. lib. variat. cap. 20. Farin. in 3. tom. praxi. crim. q. 28. Bobad. in poli. lib. 2. c. rubr. à quales delinquentes novella la Ylesia, & ideo omnes ii, qui non gaudent immunitate Ecclesiarum, justè, & debite à iudice capi possunt, & ab Ecclesia extrahi, quia appellaverint, si tuncque potestati regum auxilium violentiæ, causa ad ipsum iudicem remittenda est, & vim non fieri declarandum, & an saltem confugientes ad Ecclesiam descendentes sint in vinculis donec quaesito, causaque decidatur, an gaudere debeant immunitate nunc, nec fugiant, contraque sunt opiniones Doctorum, pro quarum resolutione, vide Farin. ubi proxime, n. 9. & 10. & Decian. ad quem remittit, lib. 6. c. 28. n. 25. in fin. vers. ut insurgit, & an huic privilegio immunitatis per confugientem renunciari possit, initis Rectoribus Ecclesiarum, vide ibi, c. 26. n. 12.

Ex hoc etiam capite injusta dicitur carceratio, & per consequens iusta, & legitima appellatio, interposita à detento in carcere obscuro, & tetro, non claro, nec illuminato, saltem usurpata luce, & lumine: sed si forsitan adveniente nocte ad majorem caecitatem, & tunc tunc custodiam in obscuro carcere claudi conigerit, orta tamen luce, clarificante die inde deduci, & ad clariorem carcerem reddi: ita probat textus in l. 1. C. de custodia reorum, ibi, nec verò sedis imitæ tenebras pati debet inclusus, sed usurpata luce vegetari: id est, sublevari, & ut nos geminaverit custodiam, in vestibulis carcerum, & salubribus locis recipiatur, ac revertente iterum die, ad primum solis ortum illico ad publicum lumen reduci, nec poenis carcerum permittatur, quod innocentibus miserum, noxiis non satis securum esse dignoscitur, per quem textum affirmat Cardin. in clem. 1. q. 7. de poenit. & remiss. quod Prelati qui in tetro carcere clericum, seu alium delinquentem claudunt, efficiunt irregulares, & reputantur homicidæ, quem refert Prof. ubi proxime, q. 27. n. 97. per quem textum, & per legem, nemo carcerem, Cod. de custodia reorum lib. 10. l. aut factum, §. solent, ff. de poenit. & per alia jura generalem constituunt regulam Doctores: genus illud ergastulorum, quod apud nos Suetanos dicitur, carcerumque subterraneos, ac caveas, in quibus verifimiliter cognosci potest, carceratos humiditate, calore, & frigore, sicutque marcescere, vel vitam periclitari, omnino esse prohibitos, Corneus, conf. 325. n. 4. lib. 4. Bonifac. de Vital. in titu. de carcere priv. num. 2. vers. nec debet includi, Marfil. in tract. de homiciis in verbo carcerati, n. 45. ubi post Cardin. & Anchara. in d. clem. 1. idem tradit Foller. in pract. crim. in 1. p. 2. prin. vers. vel carcerentur. num. 2. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. 5. 6. num. 5. & 4. Iod. in pract. crim. cap. 7. tit. de carcerariis, seu commentar. num. 9. Boffius in pract. crim. tit. de carcer. n. 3. quæ opinio, & charitati, & humanitati, ac

122 Christianæ religioni consona est, & consors, nam carcer non ad poenam inventus est, sed solum ad custodiam, & sic talis esse debet, ut carceratos poenam non patiatur, d. l. aut damnum, solent, ff. de poenit. Jas. in l. si vitium, nu. 1. ff. de re jud. Puteus, in tract. de syndica. verbo carceratus, cap. 5. incip. licet dicitur, nu. 1. Angel. de malef. in verbo quod fama publica procedente & vers. tenetur menti, num. 80. & ibi Hieronym. in addition. Paris. consil. 2. nu. 184. lib. 4. Jodoc. in pract. criminal. tit. de carceribus, cap. 16. nu. 3. Foller. in pract. crim. verbo vel carceratur, num. 1. fol. 158. Paul. Chiril. in tract. de relax. carcerat. in rubrica, de sentent. & poenarum executione, nu. 5. Boffius in tit. de carcere, nu. 2. Conradus, in pract. carcer. titu. de carceribus, n. 1. fol. 173. Menoch.

Menoch. de arbit. casu 305. nu. 2. lib. 2. & alibi passim per Doctores. An autem carceratum in carceribus possit iudex, obtinere in vinculis, compediibus, vel manibus ferreis: pro utraque parte sectatores refert Prosper. Farin. in d. 3. tomo, quæst. 27. n. 98. & sequenti, ubi arbitrium iudicis in hoc maxime attenditur, qui ex qualitate personæ, vel delicti hoc discernere debet, ubi ad hoc ponit regulas, quibus animus iudicis omnino reduci, & moveri debet, quem omnino vide: quoniam ad hunc articulum multa adducit necessaria: vide etiam Parlad. ubi proxime.

124 Ex eodem capite indebita dicitur incarceration, facta in personam illius qui habet saluum conductum legitime obtentum, pro eundo, vel veniendo ad aliquem locum, & capitur, vel in itinere accessus, vel recessus, vel etiam domi suæ, ubi est preparans se ad iter, etiam si id expressum non sit: sed generaliter pro eundo, vel redeundo, sibi sit salvus conductus concessus. Et hoc quia salvus conductus vim suam obtinet a die concessionis, & ex aliis rationibus efficaciter à Doctoribus adductis, l. legato, & l. qui mittuntur, §. sed & si, ubi gloss. verb. agere, ubi idem DD. ff. ex quibus causis, majores, ita asserit cum Angel. cons. 363. incipit quidquid addo, & Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 336. tit. 18. & plurimis seq. Afflicis in consil. Reg. lib. 3. rubr. 35. de fide mercatorum, in verbo poenit. in fin. Franc. Hercula. in tract. de cautela, de non offendendo, num. 4. Jacob. Novell. regul. 84. in prima ampliat. Boffius in tract. de remedio ex sola clement. prin. Brun. in tractatu de decisione bon. in 1. quæst. 4. quæst. princ. n. 34. Alexand. cons. 46. lib. 2. Gozad. cons. 27. n. 23. Jul. Ferrer. in tract. de gabellis, & publ. num. 95. & multa ad propositum vide per Menoch. ibi, & Farinac. d. quæst. 39. num. 58. usque ad num. 67.

De injusta carceratione ratione ordinis non servati.

125 Quintò principaliter indebita, & injusta dicitur incarceration, seu detentatio, cum propterea iusta, & legitima appellatio emissã ratione ordinis non servati, in ipsa enim verò captura facta, non servato juris ordine, & indebita est, & à iudice relaxanda, ut probant Fran. Calos. in tractatu de tormentis, in fin. tract. 1. 9. tit. de captivitate, & carcere, nu. 23. Boërius post Bal. quem allegat in decis. 215. n. 35. Marfil. in tractatu de ban. in verbo carcerati, n. 24. sequens Ananiam, Gemini. Aug. & Arcel. quos ipse allegat, quos pariter sequitur Bruno. à Sole in suis quaestionibus, q. 30. n. 39. Cov. l. 1. variatum res. cap. 2. n. 15. vers. si ego sane hanc opinionem, & supra Prosp. Farinac. in 3. tom. quæst. crim. qu. 28. nu. 111. & q. 30. n. 130. & quæst. 32. nu. 97. cum sequentibus, cui quidem appellatio, si pro ejus delatione suprema curia adestur, vim fieri omnimodo, eique deferendum, utique iustissime declarat.

126 Ex quo capite iusta dicitur appellatio, & injusta carceratio, si ab ipsamet in causa debiti incepterit, quod fieri minime potest, nisi debitum debeatur jam ex causa iudicata, probat text. in l. 1. & ibi gloss. fin. C. de sessione honorum, gloss. in rubr. ff. eodem tit. & in leg. fin. C. eodem. docet Bart. in l. cum eo, ff. ad leg. Jul. pecul. Angel. & Paul. in d. l. 1. Cod. qui bon. cede. Bald. consil. 90. lib. 1. Roderic. Xuares titulo de los Govenios. in l. 2. columna. l. lib. 3. fori, Ripa in Obligatione generali, n. 25. vers. & si citatus, ff. de pignoriis, debet enim citatio, causæ cognitio, & sententia translata in rem iudicatam præcedere, ad hoc ut debitor capi & incarcerationi possit, leg. consentaneum, ubi notat B. quod quomodo & quando, B. in l. fin. ff. ad l. Juliam pecul. Rom. cons. 224. incipit ista captura facta, debita enim summa probanda ante omnia est, postmodum sequenda est sententia ejus declaratoria. Nam quod ante capturam non est deduc-

tum, nec probatum, non potest postea ad ipsam iustificandam deduci, quoniam injuriarum nulla est confirmatio, nisi cum nulla, ff. de re jud. ita not. Bal. cons. 128. ista, captura, l. 4. Ripa in d. l. oblit. n. 25. ff. de re jud. Roma. cons. 241. incipit spectabilis dominus, col. 2. Dec. cons. 75. pro tenui, col. 1. vers. & ideo, item tenet Baëça, de inop. deb. c. 1. n. 30.

Nec obstat contra hanc nostram propositionem regulam, illa, quam etiam frequenter deducunt Doctores in leg. fin. §. fin. ff. quod meus causa, nempe debitorem captum non servato juris ordine, non esse dimittendum, & relaxandum, si revera debitor est; quam patrocinatur Bal. in c. tua, in fin. ut lite non contestata, & in c. conquirente, de restit. spoli. Paul. cons. 479. in causa captivitate, Jacob. l. 1. ad finem, Gomez. Arias in l. 60. Tauri, n. 11. Alex. nulla, n. 8. de re judicata.

129 Quo etiam sit incarcerationum pro debito falso, posse detineri pro vero debito, ut in d. l. fin. §. fin. ff. quod meus causa, l. 2. & ibi B. Cod. de exact. tribu. B. in l. 2. §. qui exhibens, ff. de custodia reorum, Gomez. Arias supra citatus, licet plures contrariam sententiam tenentes referat Farin. d. 3. tomo, q. 27. n. 152. licet non sequatur, n. 53. nec videmus hoc admittam, imò quomodolibet captum iudices detinent pro vero debito, vel delicto; & ita servatur quotidie, imò non dubitatur unquam, ubi bene etiam advertit Farin. ibi, licet duas communes contrarias in hoc referat Farin. ubi supra, n. 151. & sequent. qui se inclinat parti contrariæ, & sic ut iudex hoc in casu non tenetur in syndicato, in qua opinione animus meus, & intellectus minime acquiescit, quoniam, utcumque sit jam iudex, quantum ad se pertinet, 130 habuit injustum principium, quia juris ordinem non servavit, & contra legem processit, quæ utique servari debet, ex vulgatis, contra quam opinionem multa possem fingere, quæ omitto, quia nostri non est instituti, discutere. Cui respondetur, quoniam etiam probato carcere, non ideo dicitur iusta propter carcerationem, quia nullo modo iustificetur ex sequenti probatione: imò non ideo minus iudex definit esse in culpa, & teneri syndicato, ut infra videbimus, & ipsa captura tenet, non ex vi prioris præcepti, sed postea ex vi secundi præcepti, taciè pro detentationem, vel expressè per declarationem inducto probata vero debito, vel sententia translata in rem iudicatam, vel ex obligatione, & instrumento guarentigato, ut in simili notavit Alex. in l. 1. col. 2. C. de Carb. edito, B. in leg. creditorum, in 5. q. princ. de pign. Baëça de inop. debitore, c. 10. numero 30.

Quæ conclusio supra posita, ut debitor capi non possit, nisi ex causa iudicata, adeo vera est, ut instrumentum publicum capturam hanc iustam reddere non possit, nisi habeat clausulam guarentigatam, & liquidum sit, ut late comprobatur Roderic. Xuares in l. post rem, in declaratione l. regia 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ord. l. 64. Tauri, ubi omnes l. 1. & 2. tit. 1. lib. 4. recopil. Milus in l. 5. tit. 21. l. 4. recopil. Segura. in repetit. leg. si ex legati causa, n. 78. ff. de verborum obligat. Covar. var. resolutio, lib. 2. cap. 1. n. 3. vers. illud sane, utrumque etiam late comprobatur Baëça ubi proxime, n. 31. vide etiam Parlad. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 1. par. §. 21. per ratum.

132 Ex hoc eodem capite dicitur iusta appellatio, & injusta carceratio, si fiat à iudice ex obruto, de facto & sua propria servitute, & in vindictam, nullus præcedentibus iudiciis, præsumptione, vel diffamatione delicti: sed quia in hoc variæ sunt Doctorum opiniones, quoniam communis praxis hodierna servat, hic ex opinionibus colligam, & sic generale est; ut ad capturam debeant procedere legitima indicia, & ita locum habet opinio illorum, quia hoc asseveraverunt, de quorum genere, & opinione est Marfil. in pract. crim. §. constante, n. 1. ubi allegat Doctores in clem. 1. de homicidio, & text. in l. 1. in prin. ubi hoc idem not. Marfil. ff. de quæst. & in l. penul. ubi

ubi gloss. Cod. eodem. Marfil. referit, & sequitur Conrad. in pract. titulo de captura, num. 2. Angel. de malef. in verbo fama publica, num. 4. Roland. conf. 17. nu. 2. col. 3. Novell. in pract. crim. §. 1. incipit superioribus annis, num. 27. fol. 25. ubi etiam adducit plures hoc idem tenentes, & ipse testatur de communi, de qua etiam per Bonacoli. in commun. opin. 1. versiculo carceratio, & retentio, pag. 21. col. 1. Clarum in pract. §. fin. q. 28. vers. scias autem, Angel. de Castro inter consilia criminum diverforum, consilio 94. num. 2. lib. 1. Marcum Anton. Eugenium Perusinum in conf. 64. nu. 14. licet hac opinio emulos non paucos habeat, & verior, & communis, & equior est, & in praxi magis recepta, quam etiam sequitur Farinac. in 3. tomo pract. crimin. q. 26. nu. 114. quem vide ad n. 112.

Hic tamen labor est: qualia sint hæc indicia, ut eis mediante recte possit iudex ad capturam devenire in quo varios Auctores, varias opiniones sectantes referit ubi proxime, Farin. nam alii levia indicia sufficere: alii præsumptionem, alii verò suspicionem, alii etiam alia dicunt, aut diffamationem; ego autem omnia vera esse posse affirmo, secundum casus varietatem, & diversitatem, attentaque causæ, negotii, & personæ qualitate, quod maxime discreti iudicis arbitrio constitutum est, textus in l. 1. ff. de custodia, & exhibit. reorum, ibi, Proconfulum existimare solere, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, an fideiussoribus commendanda, vel etiam sibi: hoc autem vel pro criminis, (quod obijcit) qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate ejus, qui accusatur, facere solet: per quem textum ita firmat Laurent. Kirco in communi opinione contraria 4. conclusione 130. ante fin. versiculo ceterum, &c. & versiculo qua quidem regula, sequitur Clarus in pract. crim. §. ad finem, quem refert Bonacoli. in commun. opinione, 1. part. pag. 16. vers. captura ad hoc ut committatur, &c. in discept. ff. Umbert. Loc. in practica judiciaria inquisitorum, in verbo captus versiculo in criminalibus tamen relinquatur arbitrio iudicis, &c. quod etiam videtur esse de mente Panidis de Puteo de syndica. verbo captus a. cap. 1. incipit an iudex, n. 12. nec dissentit Blanch. in pract. crim. §. pro cognitione itaque hujus partis, fol. 126. cui etiam adheret Prosper. Farinac. ubi proxime, nu. 127. & sequentibus, & supra, qui dicit hoc iudicis arbitrium non erit absolutum, quin juris regulis (quas referunt Doctores, & ipse prosequitur latè) debeat subijcere.

135 Ex quo etiam capite iusta dicitur appellatio, & per consequens injusta captura, & detentatio facta à iudice, anteaquam redigant indicia, præsumptiones, vel ea alia, quæ insurgunt contra inquisitum, vel accusatum, in scriptum; ante omnia namque iudex debet examinare testes, submissifranes indicia contra capiendum; ita tenet, & testatur de communi consuetudine totius Italiae Angel. de Castro inter consilia criminum diverforum, conf. 49. n. 2. lib. 1. quem refert Julius Clarus in prax. crimin. §. fin. q. 28. versiculo scias autem, ante medium, ubi etiam allegat Blanch. in pract. fol. 15. n. 68. in fin. & communiter ita fieri; testatur pariter Hippolyt. de Marfil. in d. §. constante, nu. 11. redeundo modo ad propositum, qui etiam ponit modum examinandi testes, & hanc magis communem opinionem, & veriorē esse affirmat, testaturque Marcus Anton. Eugen. Perus. in suo consilio 64. n. 14. & seqq.

137 Quod etiam extendit, & declarat, quod in delictis gravibus, & inferentibus poenam corporis afflictivam, ad capturam sufficit quale quale iudicium, & qualis qualis informatio: si verò delictum leve est, ut dictam poenam non inferat, verum est, ut ad capturam non procedatur, nisi extantibus iudiciis, saltem ad inquirendum sufficientibus, sic enim distinguendo declarant opinionem plurium relatum à Farinac. ubi supra, n. 123. Brunus

in tr. de iud. & tori. 2. part. qu. 9. n. 6. sequitur Joan. Mar. Monticell. in pract. crim. d. reg. 12. num. 7. vers. in hac re, fol. 266. column. 2. Angel. de malef. in verbo iudex commisit, n. 4. Clarus in pract. crim. d. q. 28. vers. sciat tamen, prope finem, & relata à Bruno à Sole, d. q. 30. n. 10. sequitur, licet confuse Farin. relatus n. 127. vers. advertat primo.

138 Extende insuper, quod in quocunque delicto, sive gravi, sive enormi, & contra quolibet personas, nobiles pauperes, seu viles, captura nec solet, nec debet, decerni informatione extrajudiciali, & in scriptis non redacta, ut ex Marfil. in pract. §. constante, n. 6. & singulari 93. incipit iudex licet sine iudiciis, allegante text. in c. si clericus, de sentent. excomm. in 6. Monticell. in d. Reg. 12. n. 6. Conrado n. pract. tit. de captura, n. 3. vers. sic secundum eum, fol. 266. col. 1. Franc. Casson. in quest. tit. de captura, & carce. c. 9. n. 1. Bruno de ind. & tori. 2. p. q. 9. in fin. Foller. in pract. verbo studeat se onerare, n. 58. Roland. consil. 17. n. 6. vol. 3. Novell. in pract. crim. in prin. §. superioribus annis, n. 23. in fin. & ex Bonacoli. Boffio, Mandosio Blanch. Julio Claro, & Bruno, à Sole, & aliis relatis à Farin. ubi proxime, n. 123. tenet ipse n. 130. nisi tribus concurrentibus: delictum grave, & enorme, carcerandus sit suspectus de fuga, & sic quod sit periculum, quod aufugit, dum testes in scriptis rediguntur, tertio, quod iudex sit securus testes venire, postmodum, ad le examinandos, ut ex Claro ibi dicit Prosper. Farinac. & hoc quando procedit iudex ex officio.

140 Ex sola autem querela partis, nunquam etiam devenitur ad capturam in quovis genere delicti, & personæ, nisi duobus concurrentibus, nempe, si accusans, vel querelans probat summariè, querelatum, suspectum, esse de fuga, & post cautionem, seu si dives, se obligaverit de reficiendo expensis, damna, & interesse in casu non verificata querelæ, ut tenent Julius Clarus in pract. q. 28. sub vers. sus autem. Foller. in pract. crim. in vers. studeat se onerare, nu. 58. quos refert Farinac. in dict. tomo pract. crim. quest. 27. n. 122. & sequitur eam, num. 128. secundum hanc declarationem, & cum his duobus requisitis, non alias, volo, ut intelligas, & accipias opinionem Doctorem, afferentium simpliciter, posse iudicem ad capturam pervenire, etiam non extantibus iudiciis, nec informatione in actis, quoties timetur de fuga delinquentis, & multo magis, quando est in fuga, cum sola, & simplici informatione capiendum esse suspectum de fuga, cuius auctores, & sequaces sunt Marfil. Joan. Mar. Monticel. Jacob. de Billovisio, Brun. Blanch. Ang. Gram. & alii infiniti relati à Prosper. Farin. ubi prox. n. 125.

141 Unum tamen est, quod si cum querela prius concurrat infirmitas querelantis, graviter in lecto vulnerati scientis, nam si coram tabellione ipse declarat ab uno, vel à pluribus vulneratum: sufficit hac assertio sola ad capturam, ut videmus quotidie, quia isto casu non potest dici, solam esse querelam, cum concurrat cum ea infirmitas vulnerati, quæ pro se maximam habere præsumptionem veritatis referendæ, latè comprobant relati à Farin. ubi supra à nu. 128. ubi poteris videre alia, quæ articulum hunc tangunt, & n. 154. usque ad fin. an 142 & quando captus pro uno debito, possit attestari, seu commendari pro alio, vel pro delicto, & quid de capto delicto an possit commendari pro debito.

143 Ex hoc eodem capite legitimè esse appellationem pro alio, cum iniusta sit, & indebita carceratio, facta in personam illius, qui tantum realiter, non autem personaliter obligatus est: si namque in carcerem conjici nullo modo potest, nor. Jal. in l. 4. §. si actor. n. 25. ff. de re iud. & tenet Baëga de inope debitore, c. 10. n. 5. & confirmatur ex doctrina Saliceti in leg. 1. n. 2. vers. & est ratio, Cod. qui bonis cedere poss. ubi dicit quod ideo debitor tribui non potest capi, quia tributa imponuntur rebus, vel personæ propter res, l. iudiciones, Cod. de uni. & trib. & inde est,

144 est, quod qui hypothecat pro alio rem suam, & non obligat personam suam, solum est debitor respectu rei, quam hypothecat, & si eam exhibeat, certè capi non potest: ita dicit Salicetus in l. 1. ff. si certum petatur, sicque obligatus ratione rei realis liberatur, relinquendo ipsam rem oneratam, cap. de terris, de iudicis, cuius etiam farinæ est, quod actio personalis limitata, non præstat jus capiendi debitorem, sicut diximus de hærede confidente inventarium, quoniam cum fecerit inventarium, non tenetur ultra vires hæreditatis, nec ultra bona, & res in eo contentas, & sic est debitor respectu illorum bonorum, & rerum contentarum in inventario, capi non potest ejus persona, nisi bona abscondat, ut supra probavi latè. Igitur quanto magis, ille qui non obligat personam suam sed bona tantum, ut & rectè inferit Baëga de inop. debitore, d. cap. 1. n. 5. ante medium, & in num. 1. in princ. dicit quod ille non tenetur actione personali, puta, si quis res suas mihi, non personam obligavit, non potest capi, ubi per totum caput hanc materiam defendit, & tuetur, & pro hac parte facit etiam lex styli 134. cuius verba sunt: Et à favore, quel fador no se a dado por presso maguer los sus bienes non cumplan à pagar el delicto, salvo, si no obligo su persona, y bienes, & sic textus est expressus ad hoc, quod ubi bona tantum obligantur, non persona, ipsa capiendæ, & carceranda non est, ut indicant verba, salvo si no obligo su persona, y bienes & ibi, non se a dado por presso, &c. & ex hoc oritur frequens praxis, qua solent uti tabelliones in conficiendis obligationibus dicentes; Y no obligo con mi persona, y bienes, ut hac cautela persona obligata simul, cum bonis ejus capi possit, hoc carens recursum: & statim post hæc scripta, hodie declaratum fuit in supremo hoc nostro Gallico, & Regio Tribunali, declaratumque vim fieri per iudicem quemdam commissarium, seu executorem cuiusdam sententiæ Reverendissimi Nuntii, rescriptumque, sive commissio tantum continet, ut executor caperet bona condemnati, & in eis fecisset executionem, nihil de persona loquens, & clarissimus, ac dilectissimus genitor meus, & praxi, & theoria, pariter & prudentia, providit, cum esset Patronus in causa, vim fieri fundavit ex excessu de persona ad personam, ut nos latè Deo dante dicemus infra lib. 4. & ex his quæ diximus, possit etiam justificare suam intentionem.

145 146 147 148 149 Unum tamen est, quod si iste, qui tantum realiter obligatus est, puta quia bona sua pro alio hypothecavit, vel bona obligavit, non verò personam, licet ipsa non capiatur, hoc tamen fallit: si rem ipsam, seu bona dolo deserit possidere, qui tunc non capitur ex obligatione reali, nec ex hypotheca, sed ex dolo, l. pro possessore, ff. de reg. jur. l. penult. ff. de dolo, & licet etiam ex re iudicata conveniatur: iuste defendi posse, dicit Baëga ubi prox. relatus, nu. 9. ut nec possit capi si rem obligavit, non personam, ut probatur in d. l. 134. styli, quoniam creditor solum videtur sequi fidem hypothecantis respectu rei hypothecatae; eam nimirum solum obligat, non personam, & ita si rem consumpsit, attrivit, & corrupt; vel abscondit, ex dolo ipso ejus persona obligata est, & ideo carcerari valet, ex contumacia, licet alias capi non potuisset. B. in lib. penult. ff. de cessione bonorum, & latè Baëga supra, n. 10. & ex aliis in cap. 16. num. 19. & 7. & c. 17. à n. 11. & supra tetigimus etiam circa articulum de injusta detentione ratione personæ in particula de hærede, ut vide.

De injusta carceratione rei, & causa.

152 S Extò principaliter dicitur injusta detentatio & carceratio ratione rei, & causa, de qua agitur, & sic in ea quandoque rei sub fideiussoribus relaxandi sunt, Salgado de Protect. Reg.

quandoque autem ratione ipsius causæ sub eis relaxandi non sunt, qui articulus latè in genere ventilatus est, & examinatus per Rodeticum. Xuarz in tractatu de fidei. in causa crim. super l. 4. tit. 3. lib. 2. fori, conciliando, & interpretando leges, quæ in hac materia modo variæ, modo contrariæ videntur apparere, ideo conclusionem, & regulam, quæ ex ejus, & s'ortum dispositione resultat, scribam: & loco exen ph in specie accuratè inferam casus, quibus carceratio, carcerum fideiussores admittantur, regulæ doctrinam limitans. Et quoniam hic punctus, sicut & superiores, adeo frequens est in tribunalibus, veniens ad ea per viam violentiæ, quam citius poterim, examinato. In quo duas elicio conclusiones, & regulas. Prima sit, appellatio legitima est à detentatione in carcerem in delictis non requirentibus poenam corporalem, sed pecuniariam, contempta obligatione fideiussionis, quoniam in omnibus delictis, in quibus à jure non inferitur poena corporalis, seu corporis afflictiva, reus captus omnino relaxandus est sub fideiussoria cautione ab ipso oblata: text. est capitalis in l. divus, ff. de custodia reorum, text. in l. 1. eodem, in quorum intellectu, concordia aliis pluribus relatis, longum fecit progressum Roder. Xuarz supra citatus in d. l. styli, eandem comprobat B. in d. lib. 1. n. 2. in fin. ubi gloss. Bald. in l. nullus num. 3. Cod. de exhibendis reis, & in l. sed si, nu. 1. versiculo aut venit imponenda poena pecuniaria, ff. de in vi vocando, Angel. malefic. in verbo quod fama publica, post num. 66. vers. 1. si autem poena non sit corporalis, & in verbo pro quibus Anton. fideiussit, n. 11. B. in d. Vitali in oper. malefic. sub titul. de carceribus priv. nu. 2. & 11. Ghilini. de relax. carcer. sub titulo de fideiussor. reorum, n. 1. & 7. Conradus practica, titul. de carcer. n. 6. in fin. fol. 274. Roder. Xuarz ubi supra, Bert. consil. 12. num. 1. & consil. 13. num. 1. Covarr. var. resol. 2. cap. 8. num. 8. & communem dicit Anton. Gomez, qui pro ea plura adducit iura concordantia, 3. tomo var. resol. cap. 9. de captura reorum, n. 8. in princ. idem tenet B. in l. in titulo de carcerat. fideiuss. committ. n. 1. & 2. Menoch. de arbit. quest. lib. 2. casu 303. ubi etiam, & pluribus Doctoribus de communi testatur, idem tenet Marfil. in pract. §. attingam, nu. 3. & in rubrica de fideiuss. nu. 247. Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 46. versiculo in hac autem materia, Bonacoli. in suis commun. op. 1. p. verbo carceratus ubicunque, fol. 20. col. 2. & ita prædicatur quotidie in omnibus tribunalibus, 154 & in causis, quæ ad suprema trahuntur per viam violentiæ, eo quod iudices nolunt appellationibus hujusmodi interpositis, cum iustæ sint, deferre attenditurque per Senatores semper, an poena sit corporis non afflictiva, quia tunc abique dilatione, seu retardatione vim fieri, & appellationis deferendum, declarat; 155 quia hæc conclusio multo magis procedit in clericis, qui quidem, si offerant fideiussores in delicto non appetente poenam corporis afflictivam, relaxari debent, ita tenet Foller. in pract. crim. an. in verbo, & in carceribus mancipatis, cap. 12. n. 6. ex Felin. in cap. legebatur, in prin. n. 1. de major. & oded. quod difficultatem non 156 habet; ad capturam enim clericorum majori maturitate majorique cum temperamento, deveniendum est, ita tenet Ber. Diaz in pract. crim. an. verbo eos citari per sonaliter, cap. 13. in princip. & Foller. ubi proxime, num. 5. & alibi passim.

157 Secunda pars hujus regulæ & conclusionis ea sit: ut appellatio interposita per carceratum à detentatione in carcere pro crimine, & delicto gravi, seu atroci, requirente poenam corporis afflictivam, etiam oblata fideiuss. & cautione, ut non legitima attendenda non est, nec tunc iudex non deserens ei, vim faciet, cum hoc casu carceratio iusta, debita, & à jure permiffa dicatur: text. in d. l. divus, ff. de custodia reorum, per quem hanc regulam, & conclusionem affirmavit B. in l. 1. ff. eodem titulo, Boff. Cov. Contra. Roder. Xuarz, Mar. Put.

Put. Bon. & Vitali. Ghirlan. & alii relati in superiori conclusionem, item tenet Olat. *de iur. Telemon. 18. nu. 4.* Quintil. Mandol. relatus per Bonacofam in *commun. opin. 2. part. versiculo fideiuss. non admittitur. fol. 29. col. 2. in fin.* licet hæc conclusio non fuerit a calumniatoribus oblata prout videtur esse per Menoc. *de arbit. q. casu 303. n. 20. in fin.* non tamen ad ea recedendum est: pro qua facit concordant. Bullæ Pii V. *incipit, cum sicu accepimus, in ordine 184. in 2. part. Bullarii, fol. 639.* Ubi Summus Pontifex aufert facultatem excarcerandi, seu relaxandi reos sub fideiussoribus, non solum iudicibus sed etiam carcerum visitatoribus, quando agitur de capitali delicto, ex quibus regulis multi se nobis casus dubii, qui ex conclusionem substantiam rapiunt, offerunt examinandi & ad hanc, & superiorem conclusionem plures citat Bald. in *addit. ad Roder. Xuar. ad titul. de fid. in causa crim. n. 1. litera A, fol. 72.*

158 Quæ conclusio non solum locum habet in laicis, sed etiam in clericis, quoniam ubi agitur de poena corporali, certum est eum non esse fideiussoribus committendum, text. est in *cap. si clericus, de sentent. excommuni. in 6. ibi:* Eisdem quoque clericis, si de patendo iuri, tibi fideiussoriam dederint cautionem, detinere non debes, (nisi excessus enormitas, vel alia causa rationalis eos iusserit detinendum) & Doctores ibi explicant, illud enorme dici delictum, si pro eo clericus curiæ seculari tradatur, ut est crimen falsificationis literarum Apostolicarum hæresis, homicidii in personam sui Episcopi, & quibus per Farin. in 1. *tomo prim. q. 8. titul. de inquisitione, a. num. 75.* & Joan. Andr. in *d. cap. si clericus, col. 1. verbo enormi, ubi Archid. post. num. 3.* Franc. n. 15. & Gemina q. Boffius *titul. de carcer. fid. committ. num. 13.* Foller. in *pract. crim. c. verbo, & in carceribus mancipatis, c. 12. versiculo sed si venire imponenda poena corporalis, allegans text. in cap. cum homo 23. quest. 5. gloss. in cap. arguta 2. q. 6. Felin. in c. legebatur in princ. de majori & obedi. & in cap. ex parte, n. 3. de rescriptis, & ubi late loquitur cum depositionem relaxat, ut tenet Cal. *consil. 21. tit. de treuga, & quando imponatur, vide Abb. in c. at si clericus, in princip. col. 12. de iud. est enim dispositio quædam degradatio verbalis, c. qualiter, el. 2. & ibi Abb. de accus. Alexand. in *consil. 174. volum. 1.* ponit pro quibus criminibus fiat depositio. Decius in *consil. 143. volum. 1. & 2.* ubi quando clericus fit committ. fideiussoribus quantum poena detractionis venit in Monasterium, vel in carcerem perpetuum, & per declarationem *cap. si clericus, quando dicatur crimen enorme, vide Abb. in cap. tua, de penis, & sic duo sunt consideranda in hac materia circa clericos. Primum, an inferatur poena corporalis (non dico sanguinis, quia illo iure non admittitur, c. sententiam sanguinis, de cler. vel mon.) ita tenet Decius *d. consil. 143.* Secundo an sit grave crimen, vel non, ita ut in hoc videtur ius canonicum securius civili, cum hoc solum requirit poenam corporalem, ut tenet Boffius ubi proxime.***

163 Ego autem ex mente Doctorum, præcipue Foller. supra & Farin. in 3. *tomo, quest. 33. num. 58.* pro evitanda dubitatione dicam, in hoc articulo attendendum est, an delictum, pro quo clericus detinetur, de his sit in quibus ius civile fideiussores ad relaxationem admittet, vel non, licet iure canonico poena sanguinis non sit, adest tamen corporis afflictiva, aded ut regula in hoc scripta procedat in clericis.

164 Ex quo capite imprimis insurgit, an iusta sit, & legitima appellatio, emissa per carceratum a detentatione in carcerem pro delicto poenæ auxilii, & relaxationis infringente, oblata per eum fideiussoriam cautionem. Et videtur affirmative dicendum, quoniam poena exilii, non esse corporalem, nec corporis afflictivam, & ideo captum pro delicto eam irrogante sub fideiussoribus relaxari debere affirmat Azeved. late hanc rem agens in 1. *8. titul. 18. lib. 4. recopilat. & in 1. 2. titul. 19.*

lib. 8. per text. ibi, quem ad sumum propositum expressum vocat, ibi: *No a de llevar pena corporal, sino de demarcho, y destierro, & idem in addit. ad Cur. Pij. d. l. q. c. 6. n. 14.* & idem videtur tenere Jodoc. in *pract. crim. c. 19. de relax. carcer. n. 4. versiculo itidem &c.* contrarium tamen, imò in poena exilii non relaxari sub fideiussoribus: quoniam talis poena corporalis est, tenetur expertus Egidius Boffius in *titul. de carcer. sub fide relax. num. 7.* in d. si exilium sit perpetuum, capitalem poenam censet, dixit commnem Emman. Suarez. in *collesta commun. opin. verbo capitalis, n. 8.* & ideo detentum pro delicto tali poena digno, non relaxari sub fideiussoribus, dixit Calon. *post tractat. de ind. & vort. cap. 9. rubr. de captura, & carcer. num. 8. versiculo & advertendum est, &c.* & idem affirmat Boffius ibi, nu. 7. & 8. & ab hac ultima opinione non recedendum fore admodum Prosp. Far. 3. *tomo prax. crim. quest. 33. nu. 55.* & 56. quid dicendum, multum laudat autoritas horum Doctorum, sed major fortiter esse nostræ l. regni, hanc difficultatem omni modo excludens, & priorem opinionem expressè probans, quæ nullam repositionem habet; maxime, si tota legatur, & eam, ejusque opinionem late fundat Azeved. ibi, & sic dico vii iudicem facere Ecclesiasticum, si non detulerit appellations, ab hac detentatione interposita oblatis fideiussoribus, quoniam hoc jus nostrum commune Regum, ipse debet observare, cum in hoc ius canonicum deficiat, secundum quæ supra diximus 1. p. in *cap. 2. ff. 3.*

Quid autem dicendum est in capto pro delicto, cui per l. poena indignationis Regis, seu Principis imposita est? Et breviter dico, quod appellatio a detentatione, etiam fideiussoribus oblatis, non juvabit carceratum: quoniam hæc poena iræ, & indignationis Principis poena mortis iudicatur: juxta textum in l. nihil inter est, in *fin. princ. ff. de adulter. & inducit privationem beneficiorum secundum Barbo. *conf. 11. volum. 5. in volum. 1. Azeved. in l. 1. titul. 1. lib. 4. recopilat. num. 18. & 19.**

Similiter nec admittenda est appellatio, interposita a detentatione pro delicto, exigente poenam palinodiam cantandæ: juxta text. in l. 2. tit. 111. lib. 8. *recopil. quam late exornat Parlat. lib. 1. verum quodid. cap. 17. per totum, quoniam talis palinodia poena, & severa, & perquam dura est, siquidem is, qui cantat palinodiam, toto excoarctatur hore, etiam quantumvis dignitate præfulgeat, ut ostendit, 8. *titul. 3. part. 7. l. 5. part. 7. & l. 2. titul. 8. recopilat.* & cum hæc poena exequi in absentem non possit, promde hujus criminis reus, etiam datus fideiussoribus non est carcerem relaxandus, tradit Maran. in *speculo aureo, 4. part. num. 10.* & Parlat. in *d. c. 17. n. 47.* & ita practicaur ubi num. 31. & 32. ex aliis probat clericum, sicut nobilem hæc ignominiosa poena non plecti; & generaliter idem dicendum est in poena infamiae, ut tenet Boffius in *titul. de carcer. fideiuss. committ. num. 7. & 8.* eum referens Farin. ubi supra d. 3. *tomo crim. cap. 33. num. 55.* ad medium, quia omnis cautia tangens humanam dicitur gravis, l. si inimicitia, ff. de his quibus, ut in dignis, Azeved. in l. 2. titul. lib. 8. *recopilat. n. 233.* & ideo cum hæc contradictionis, sive palinodie cantandæ poena sit infamatoria, & dicens sit infamiae, sub fideiussoribus relaxandus non est, ut etiam tenet Avend. in *titul. de las injurias, numero 17.* Secundum quem num. 15. & 26. hæc poena est corporis afflictiva, nec per alium impleri potest, quæ excludunt fideiussorem, & idem tenet etiam Aviles in *proemio, cap. pratorum, n. 20.* & Pl. q. de delictis, c. 1. n. 22.*

Insuper indebitum esse, & legitimam appellationem emissam a carcerato, qui sive in civilibus, sive in criminalibus indiciatus est ad torturam, affirmo; is enim ante torturam insufficienti, minime relaxandus est sub fideiussoribus, ut docet Bald. in l. si quis post, versiculo item est detinendus ubiqueque est torquendus, ff. de test. per text. in l. 2. *C. de iusto. reorum, ibi, donec reperitur cognitio*

gnitio celebrata: idem Bald. in l. nemo deinceps, n. 6. in *fin. versiculo quandoque qui detinetur non ratione poenæ, sed ratione torturæ, Cod. de Episcopali audien. dicens, quod quodam rei ad erudendam veritatem sunt torquendi, nullo modo relaxantur, etiam oblatis fideiussoribus: idem dicit noster Xuar. in d. tract. fideiuss. in causa num. 18. versiculo item est detinendus, ut torqueatur: ex qua doctrina idem dicendum est in testibus, a quibus veritas inquirenda est, reculantibus ipsam manifestare quo casu torquendi sunt, & tunc minime sub fideiussoribus hac cautione relaxandi, ut tenet Meno. *de arbit. q. lib. 2. casu 330. n. 15.* & 26. pro quibus faciunt, quæ adducit Paris. de Puteo *de syndic. verbo carcer, & carcer. a. num. 2. an potest, n. 2. fol. 140. Afflic. in consili humanitate, sub rubrica qui fideiuss. dare poss. num. 17. & 21. 2. part. Paul. Ghirlan. in tract. de relax. carcerato. rubrica de fideiuss. reorum, & licet Afflic. Paris. de Put. & Ghirl. in locis allegatis videantur loqui in criminibus poenam corporis afflictivam exigentibus, idem tamen esse esse identitate, & generalitate rationis utriusque casus, etiam in poenis pecuniariis, si sunt de casibus, in quibus tortura potest dari, de quibus per Farin. in 3. *tomo prax. crim. lib. 2. sub titulo de iudicis, & tortura, qui hanc nostram principalem opinionem tuetur in d. 3. tomo 33. n. 38. & 39. ad fin. allegat Bullam Pauli IV. in ordine n. 50. incipit licet ex juris p. Bullarii, f. 639.* ubi expresse prohibet relaxationem carcerati sub fideiussione, nedum quando certum est locum fore torturæ, verum etiam, quando de hoc dubitatur, & dispuratur.**

Similiter vii iudex Ecclesiasticus non faciet non relaxans carceratum ab hoc appellatorem, etiam in causa pecuniaria poenæ, seu corporis non afflictivæ, non habentem nec præstantem fideiussorem, ut dictum est in d. 1. *conclusionem, ut tenet, & firmat Bald. in l. sed & si is, in princ. ff. de in jus vocando, & in l. si quis post, ff. de testam. Amad. in tract. syndic. n. 210. Ange. in l. nullus, n. 3. in *fin. C. de exhiben. reis, Angel. de malef. verbo pro quibus. Auon. fideiuss. n. 16.* & ibi Angel. in *additio. & in sequente verbo qui iudex dicitur Cautum detineri & carcerari iustis, n. 4.* Ghirlan. ubi supra, q. 1. n. 2. Jodoc. in *pract. crim. cap. 20. n. 3.* Rode. Xuar. ubi supra, num. 3. *versiculo aut non invenitur fideiussorem, Contra in pract. tit. de appellat. n. 22. fol. 20.* qui loquitur etiam procedere in causa appellations; per text. in *leas. ff. super his, & l. minime, in fin. Cod. de appellat.* & plures ad hoc ultimam concordantes adducit Lancelot. *de attent. cap. 12. limit. 33. num. 1. & sequenti, Clarus in prax. ff. in. quest. 46. versic. in hoc autem materia, in fin.**

Idem etiam verum esse censo, appellationem admittendam esse a carcerato pro crimine falli, quoties ejus poena est pecuniaria: quia nec tunc potest sub fideiussoribus relaxari, ut defendit Foller. in *pract. crim. verbo examinatus sub fideiuss. n. 19. versiculo tu autem adde. Decius *conf. 143. n. 5. volum. 1. Farina. d. 3. tomo pract. crim. quest. 33. n. 30. & sequenti.* qui omnes tenent hanc opinionem & defendunt contra Marfilium in *practica crim. ff. attingam, n. 7.* addo etiam Ferrant. Gargiar. in *crim. divers. 125. n. 25. volum. 1. Grama. *consil. civ. 109.* Hieronym. Magon. *decisione Luensis 42. n. 1. & 2. part. 1.* & fundat se ipse Marfil. quoniam in hoc crimine multa specialia a iure inducta sunt, quia est delictum atrox, & enorme, ut ipse dicit etiam in *singul. singu. 163. incipit crimen falsi, & Nellus in tract. de bannit. in 3. part. 2. temporis, in qu. 12. & idem Marfil. in l. 1. ff. si servus, in 3. volum. in fin. ff. de questio, quæ ratio non satisfacta, cum poena est pecuniaria, quæ in absentem reum exequi potest, vel in ejus fideiussorem, per quem excluditur metus aufugiendi, & condignæ poenæ evitandæ, & cætera alia, per quod rationem, seu occasionem rei in carceribus custodiuntur.***

Quæ tamen doctrina est opinio, superior Foller. & Farin. locum habet de iure civili, non de iure canonico, Salgado de Protect. Reg. Q. 2 incipit

quod intueri, & attendere debemus omnino in hoc genere violentiarum: contrarium foret dicendum, imò opinio Marfilii, & aliorum servari deberet, quia iure civili magis verior est; nam canonico ad detentationem in carcerem sufficit, ut delictum sit enorme non tamen poena attenditur, ex text. in *cap. si clericus, de sent. excom. in 6.* de quo superius latius diximus. Et sic cum fallitatis delictum enorme sit, merito iure canonico, etiam si poena ejus sit pecuniaria ex forma statuti; delinquens non foret sub fideiussore relaxandus, nec iudex delationem appellations abnegans esset in culpa.

Appellatio autem emissa a carcerato invento in flagranti, casibus quibus delictum ita est manifestum, vel notorium, licet in eis poena pecuniaria imponatur: tunc namque sub fideiussoribus non relaxantur, ut per Angel. de Aret. in *addit. ad Angel. de malef. verbo fama publica, fol. 111. incipit, tu autem in hac materia adde primo, &c. eleganter Bald. in l. sed & si is, ff. de in jus vocan. hanc limitationem ad supradictam conclusionem ponit Hippolyt. de Marfil. in *pract. ff. attingam, n. 5. & sequent. & faciunt dicta per Innocent. in cap. ut fama, de sentent. excomm. per Flor. in l. 4. ff. de l. Aquil. & per Angel. Felin. Alexand. & alios, quos ipse Hippolyt. ibi refert: idem tenet Fran. Calon. *post tractat. de iudicis, & tortura in questionibus, cap. 9. rubrica de captura, & carcer. n. 11. versiculo si reperit est in flagranti, Foll. in *pract. in verb. examinatus liberentur de fideiuss. n. 7. & 8.* Menoc. de arbit. *quest. lib. 2. casu 303. n. 12. & 13.* Repetitur tamen cum armis, ubi vel nocte, vel die prohibita sunt, si in flagranti reperitur, evitat carcerem, nec ad eum vehitur si offerat fideiussores de presentando, ut tenet Angel. in l. verò pro condemnato, §. 1. n. 1. in *fin. ff. qui satisfact. cogant. idem tenet August. ad Angel. de malef. verbo pro quibus Anton. fideiuss. n. 9. allegans Bald. & Angel. idem tenet Rode. Xuar. in suo tractatu de fid. in causa crim. n. 3. & 4. quod verius est, in cæteris autem venire est, quod superius diximus.****

Deinde iuste neganda est appellations delatio ei, qui vel confessus est delictum, vel legitime convictus est: nam est ipsum exigat poenam pecuniariam, vel alias corporis non afflictivam, iuste tamen in carceribus detinetur, ad cujus relaxationem non fideiussione, sed solutione opus est; nullæ enim hoc in casu sunt partes iudicis amplius, quam vel abolvere, vel condemnare textus est in l. si confessus, ff. de custodia reorum, cujus sunt verba: Si confessus fuerit reus, donec de eo pronuntietur in vineula publica detinendus est, per quem text. hanc doctrinam ut veram firmat B. in l. 1. numero 1. ff. custo. reorum Bald. in l. nullus, n. 3. C. de exhibendis reis. Marfil. in *pract. crim. verbo attingam, n. 4.* Rode. Xuar. in *praxi num. 4. versiculo quod limita. nisi accusatus confiteri crimen. Paris. de Puteo in tractat. de syndic. verbo fideiussor. officiatum, c. 3. d. si iudex malef. ciorum, n. 11.* Augustinus in Angel. de malef. ubi supra, d. verbo pro quibus Anton. fideiuss. post princ. idem secundum Bald. Fran. Calon. ubi supra, n. 11. Paul. Ghirlan. in *tractatu de relaxa. car. rubric. de fide reorum, n. 1. & n. 6.* in fin. Foller. in *pract. crim. verbo examinatus liberentur sub fideiuss. n. 2. & 12.* Jodoc. in *pract. crim. c. 20. n. 1.* Contra. in *pract. rubr. de carcer. n. 13.* in *fin. fol. 176.* idem tenet Farina. in 3. *tomo pract. crim. q. 33. n. 9.* idem tenet Menoch. *d. casu 303. n. 4. & sequenti.*

Quæ doctrina habet locum non solum in confesso, sed etiam in solo convicto, ut per Ghirl. Jod. Foller. & alios in relatis locis, & in confesso non solum spontaneo, sed etiam in confesso per torturam, dummodo confessio sponte sit ratificata: ut probat Farina. proxime relatus a nu. 11. qui meminit Bullæ Pauli IV. de qua in prima parte Bullarii, constitutione 40. incipit licet ex iuris communis dispositione, versiculo nullus etiam, qui crimen in iudicio confessus fuerit, folio 639. & alterius Pii V. in eodem Bullario 2. part. constitutione 184. incipit

incipit cum sicut accepimus, versiculo in levioribus autem delictis, fol. 1189. quæ hanc nostram expressè comprobant, & approbant doctrinam, & vide per eundem Farin. à n. 15. an, & quando hæc confessio sufficiat extrajudicialis, vel non.

181 Insuper appellatio admittenda non est, quando reus jam est condemnatus, quia non fidejussoribus relaxandus est, sed solutione tantum liberatur, argumento text. in l. 4. §. ait prator, ff. de re judic. ubi dicitur condemnatum solvere, non liberari dando idoneos expromissores, l. quod si non solvere, ff. de pignorat. actione, lita liberatur, §. qui paratus, ff. quibus mod. pig. vel hypoth. fol.

182 ubi pariter diffinitur condemnatum ad possessionem tradendam minimè liberari fidejussore præstantem, & idem firmat Petrus a Placa, in epitome delictorum, lib. 1. cap. 2. n. 18. in princ. vers. huic intellectui facit: nam si confessus, vel convictus simpliciter non relaxatur propter proximam spectatam condemnationem, multo minus post ipsam condemnationem, & sententiam, & idem tenet Prosper Farin. d. quest. 33. nu. 19. quod ego intelligo non appellante ab ipsa sententia, vel ipsa in rem judicatam transacta, secus autem dicendum est appellante ab ea interposita: nam tunc fidejussoribus relaxandum esse condemnatum, probat text. argument. in l. eos, Cod. de appellat. in §. super iis, ibi, ut inopia idonei fidejussoris in custodia retenti, &c. & in l. minimè in fin. ibi, fidejussoris idonei copiam non habet, 184 Cod. eodem titul. sed quidquid de jure communi sit secundum Farin. proximè relatum, jure nostro Regio illud fiat dispositum in l. fin. cu. 18. lib. 4. recopil. ubi dicitur: Que quando aliquo fuerit preso por causa pecuniaria, no siendo la causa criminal, si apelare de la sententia que contra el fuere dada, que depositando la cantidad en que fuere condemnado, o dando fianças bastantes por ella, sea jueto de la prison, para que pueda proseguir su apelacion; & sic in causa civili jure Regio fidejussor admittitur; in causa autem criminali nullo modo, ut indicat illa verba non siendo la causa criminal, circa quod facere videtur etiam quæ adducit Lancelot. de autent. lib. 2. cap. 12. ampliat. 4. n. 21. & seqq. 23. limit. n. 3. in statu autem Ecclesiastico quod nos intueri debemus omnem difficultatem sublatam esse testatur Farin. d. c. 33. n. 23. ex Bulla Pii V. altarum Bullarum declaratoria, de qua in Bullario 2. part. fol. 1182. & est in ordine constitutio 180. quæ cavetur, quod si reus carceratus, vel etiam non carceratus (generaliter dicit loqui Bullam) condemnatus sit per judicem ex sua propria confessione, & tunc nullatenus executionem condemnationis impediatur, ex quacunque appellatione interposita fidejussione, seu cautione oblata; sed si ipse reus appellans confessus non sit, in appellatione audiatur si dives est factio actuali depositio, si pauper, quod judicis arbitrio remittitur præstita idonea cautione in forma deposita, de solvendo poenam, in qua condemnatus extitit, seu respectivè de se representando toties; quæ nulla in causis criminalibus locum habet, cum loquatur de poena, quæ reus condemnatur, &c. & ideo hanc Bullam Romæ, & in omni statu Ecclesiastico observandam esse advertit Farin. ibi, & sic si processus ad curiam perviam violentiæ veniat vim fieri declarabitur, si judex non deferat appellationi, per carceratum interpositæ, & offerentem in hoc casu, seu depositum, seu fidejussorem secundum prædictam sententiam.

185 Cæterum nec appellatio juvat appellantem carceratum pro causa, seu delicto corporis afflictivam poenam non exigente ex eo, quod sibi ad relaxationem non admittuntur fidejussores; quando de proximo speratur sententia, & causa est in termino determinationis, quos antea ipse carceratus vel disulit, vel recusavit dare utque ad id tempus, quo sub eorum fidejussorum obligatione relaxationem obtineret, ut tenet Angel. in l. 2. colum. 1. in princ. Cod. de exhiben. reis, per textum,

quem allegat in l. 1. §. 1. & in l. si quis, ff. de custodia reorum, dicens, aliàs admittendos esse fidejussores, si non esset causa eo statu ferendæ sententiæ. Angelum sequuntur Augull. in additio. ad Angel. de malefic. in verbo pro quibus, Anton. fidejussu, in 1. additione, in princ. & hanc limitationem ad illam conclusionem primam à nobis supra relatum, expressè proposuit Hippolyt. de Marsil. in pract. crim. §. attingam. n. 3. ubi, inter alia fundamenta allegat text. in cap. 1. ibi quia si proclamare voluit, cur tandiu tacuit, de frigid. & malefic. uti etiam plures adducit ad hanc rem Doctores, Rode. Xuares in d. tract. de fidejussu in causa crim. in 4. versiculo in tantum quod si & rationem reddens, quoniam in articulo ferendæ sententiæ; jam constat carceratum reum esse fisci debitorem, hoc idem tenet Franc. Cafon. in d. tract. de ind. & tort. in fin. tractat. in qu. c. 9. rubr. de captura, & carcere, n. 11. vers. 1. idem Menoch. d. arbit. d. casu 303. n. 8. Huic & proximum illud esse, quando scilicet detentus pro delicto, etiam poenam corporalem exigente, appellat, eo quod judex eum non relaxat, quando ex actis convictus post processum publicationem, putat; de ipsius innocentia, & absolute debita, quod judex facere tenetur, etiam non spectata sententia, ut notabiliter dicit Bald. in l. sed si sit, ff. de in jus vocan. allegans text. in l. nullus, Cod. de exhiben. reis, in versiculo donec repererit, &c. idem Bald. in l. si quis post accusationem, ff. de test. pro quo bonus est text. in l. pro poena, §. 1. ff. de manum. idem dicit Ludovicus Roma. in sing. 413. incip. accusatus de crimine capitali, in quo optime loquitur videndus Hippolytus ubi proxime, n. 16. ubi plures de facto vidisse & obtinuisse etiam dicti judicem relaxare reum hoc casu tenet, quando ex processu de innocentia ejus constat: idem tenet Jas. in l. natur. aliter, in princip. 22. colum. versiculo si confirm. conclusionem B. ff. de acquir. poss. ubi plura alia pro hujus doctrinæ affirmatione adducit Paris de Puteo de syndica. vers. fidejussor officialium, c. 3. §. si iudex maleficiorum, n. 12. fol. 188. Paul. Ghir. in tract. de relax. carcer. rubrica de fide reorum, q. 1. n. 4. & 8. Cyril. in sua crimin. 1. part. rubrica 12. de custodia reorum, §. 1. n. 3. in fin. plures etiam allegat Boss. in tract. de carcer. fid. commu. num. 25. ad fin. Xuares ubi supra, num. 25. & Menoch. n. 34. Julius Clar. in pract. crim. quest. 46. pariter etiam & communem vocant Bonacof. allegans in Hieron. Mago. decis. Lucens. q. 2. n. 12. & seqq. Bertazo. conj. 367. num. 1. lib. 2. quæ relaxatum cum fidejussoria cautione debet, non aliter, ut contra alios tenet Boss. in titul. de sentent. n. 61. Jul. Clarus ubi proxime, ubi plures allegat, & idem dicunt ferè omnes citati Doctores, & vide Farina. ubi supra, d. quest. 33. à num. 67. alias annotationes ad hanc doctrinam describentem. Illam non omittam, quam n. 68. firmat cum Julio Claro, in omnem scilicet eventum, & causam tempore ferendæ sententiæ diffinitivæ reum sub fidejussoribus relaxatum, ut judex revocet in carcerem, ne forè secuta poena corporali aufugiendo ipsam evitet, dicens, ita passim se vidisse; & ego etiam in hoc nostro tribunali multoties. An autem & quando, qui se pro aliquo crimine in carcerem offert, & præsentat, censetur innocens, & an tunc sit sub fidejussoribus relaxandus, quando crimen requirit poenam corporis afflictivam, vide Bobadil. in Politic. lib. 3. c. 15. n. 109.

Vis tamen nulla esse potest, ubi judex non deferat appellationi à detentione in carcerem pro delicto, in quo poena corporalis venit in defectum pecuniariæ, ut puta, quia sic dispositum sit ex forma statuti, distantis: quod si reus intra tempus tot non solvat, ad trimes transmittatur, vel quid simile: quod tamen ita intelligas, quando ita dispositum statutum per verba denotantia actum solvendi, puta; quæ si non solverit, ad trimes transmittatur, &c. tunc enim cum requirit actualem solutionem, cum poena sequuta est, non sufficit satisfactio fidejussoria, nec pignoratitia,

Lita liberatur, §. qui paratus, ff. quibus mod. pig. l. solutum, ff. de solutio. l. solutionis verbo, ff. de verborum signif. l. e. si statutum loqueretur per verba denotantia non actum solutionis: sed potentiam solvendi, & assecurationem; ut puta; quam si solvere non poterit, transmittatur, &c. tunc enim carceratum posse sub fidejussoribus relaxari; quia jam debitum assecuratur per idoneos fidejussores, secundum B. in d. l. item liberatur, §. qui paratus, n. 3. & ibi etiam Salicet. quem sequitur Joan. de Anania consil. 21. & ibi Ludovicus Bologna. in add. ad Angel. de malefic. in verbo quod fama publica procedente potest n. 67. versic. nam in d. quest. & in verbo, quas si non solvere, n. 9. vers. quid autem, Felin. in c. ad nostram n. 12. de jure jur. Alex. in l. si se non obtulit, §. si ex conventionibus. 1. nota. ff. de re jud. Jal. consil. 9. n. 9. lib. 1. Petra singulari. 63. n. 3. Rod. Xuares in tractat. de fid. in causa crim. n. 23. in fin. vers. sed hoc intelligo esse verum, idem tenet Ozalc. decisio Pedem. 18. n. 4. versic. in contrarium vero facit, n. 5. qui cum eleganti fundamento hanc distinctionem non verbalem, sed realiter, & jure veram esse, demonstrat, secundum quam Senatam judicasse, quem referens sequitur Menoch. d. arbit. lib. 2. d. casu 303. n. 36. Hieron. Magon. decij. Lucens. 42. n. 3. p. 1. & hanc distinctionem communem esse, & receptam testatur Farin. d. 3. tomo pract. crim. quest. 33. n. 5. 1. cum seqq. secundum quam partim vim fieri, partim non fieri constat.

193 Pariter nec vis ulla esse potest, si nec deferatur appellationi à detentione pro delicto, cujus poena relicta est à jure vel statuto judicis arbitrio, qui si aliqua causa præviderit, locum etiam poenæ corporalis, non pecuniariæ, sed fidejussoribus eum relaxare non debet, licet (ut dico) poena corporalis determinata non sit. Secus autem erit si expressè judex verisimiliter videat huic poenæ locum non fore, sed pecuniariæ, quæ distinctio originalis ex Bald. in l. nullus, in 2. col. post. n. 3. vers. aut poena est arbitraria, Cod. de exhiben. reis, quem sequuntur Paris de Put. in tractatu de syndi. verbo fidejussores officialium, & si iudex maleficiorum, n. 11. fol. 118. Paul. Ghirilan. in tract. de rela. carcer. titul. de fidejussu. reorum q. 1. n. 5. & 7. Xuares ubi proxime, n. 4. in fin. vers. sed quod si poena sit arbitraria, & n. 25. Conrad. in pract. titul. de carcerat. n. 4. in fin. Hippolyt. de Marsil. in tit. de fidejussor. n. 247. in fin. Grama. consil. 15. n. 5. & 7. Menoch. de arbit. ubi supra, n. 19. & sequentibus: nam si hoc casu judex sub fidejussoribus relaxet carceratum, animum suum detegit, & declarat.

194 Simili modo nec dicitur legitima appellatio à detentione, etiam in his casibus, quibus aliàs sub fidejussoribus relaxatur; quando nempe reus in carcere vel simpliciter, vel sub juratoria cautione, seu sub fidejussoria, relaxatus, vel aliàs à carcere pro tali, vel simili delicto detentus in ea aufugisset, nam tum indignum se reddit relaxatione: alia ita notanter dixit gloss. in l. lege Cornelia, ff. ad Syllaniam, quam exaggerat Ludov. Romanus, & valde notab. dixit eam Alex. in l. 1. ff. de custodia reorum, in 1. apostilla Aug. in addit. ad Angelum, de malefic. in d. verbo pro quibus Anton. fidejussu, in 1. addit. Bart. & Bald. in l. 3. de Episcop. aud. & illam glossam referens sequitur Angel. de Aret. in d. tractatu de malefic. verbo fama publica, in 13. carta, in versic. 4. notandum, & ibi etiam Augull. additio. & hanc limitationem ad dictam conclusionem generalem suprapositam assignavit Hippolytus de Marsil. in pract. crim. §. attingam, num. 17. Xuares in dist. tractat. de fidejussu. in causa crim. num. 33. & seqq. qui hanc doctrinam bene comprobant, quam etiam firmant Paris de Puteo de syndica, verbo carcer & carceratus, cap. 1. judex potest de plano, nu. 2. fol. 140. colum. 1. & in verbo fidejussor. officialium, cap. 3. n. 11. Francus Cafon. post tract. de indicis, & tort. in questionibus, c. 9. rubrica de captura, & carcere, n. 11. Boerius decisione 215. n. 22. ante medium, Salgado de Protect. Reg.

Foller. in pract. in verbo examinati liberatur fidejussoribus. n. 18. Tiraquell. de pen. temp. causa 31. n. 14. ubi ampliat; etiam si reus sit nobilis, B. ff. d. tract. de 195 car. fide. com. n. 15. in fin. Malcar. de probat. concl. 1003. n. 52. lib. 2. & Menoch. de arbit. lib. 2. d. casu 303. n. 9. dicens, non ideo arbitrium judicis hoc in casu esse sublatum, quod non procedit, quando carceratus aufugit ad superiorem, & coram eo se præsentat, quoniam fuga talis non est punibilis, nec damnata, nec dicitur carcerem, homagium, nec juramentum fregisse, ut tenet Bellug. in speculo Principum, rubr. 33. §. quavis carcer. n. 8. versic. sed pone miles. Bobad. in Polit. lib. 3. c. 15. n. 10. ad medium.

Quando autem persona est nobilis, & multum dives, & etiam in criminalibus poenam corporalem exigentibus, debeat sub fidejussoribus relaxari: vel quando illustris persona sub juratoria cautione, vel quando pro carcere publico domus, palatium, camera, vel civitas cum custodiibus, vel sine custodiibus nobilibus, seu illustribus, judex assignare debeat: vide quæ ex pluribus Doctoribus latè scribit Prosp. Far. in 3. tomo pract. crim. q. 33. à n. 60. Boba. in Polit. l. 1. à n. 1. relaxare reum judicem teneri; quando fidejussores tanquam commentarienses, & custodes carceratum recipiant sub eorum custodia, egregè dicit Menoch. de arbit. lib. 2. d. casu 303. n. 37. juxta Saliceti doctrinam in l. ad commentariens. n. 3. Cod. de custodia reorum. Cepola conf. crim. 25. Bossius tract. de carcer. fidejuss. commis. n. 62. & alii per Hippolyt. Rimi. in consil. dicit. 82. n. 4. & seqq. juncto n. 20. & seqq. & quod hoc casu debeat relaxari captus, etiam si ejus delictum exigat poenam corporalem, tenet Xuares ubi supra, n. 26. vers. 5. considera & n. 28. Menoch. d. casu 303. n. 37. quam tamen doctrinam nunquam in hoc Senatu practitam vidi, uti & aliàs hujus praxim pariter negat Farina. conf. 3. tom. crim. quest. 33. n. 76. ad fin. ex Julio Claro in pract. crim. §. fin. q. 76. versiculo sed nunquid in fin. licet Xuares ubi proxime, dicit se de facto illam vidisse servari.

Vim autem tunc habere fieri affirmo, si appellationi non admittatur à reo debitor emissæ, carcerè detento, qui jure adiciendus est creditor torque ferreo pro debiti satisfactione, quando bona non habet: quoniam hæc adjectio, & ignominiosa bonorum cessio centur à Doctoribus poena corporalis, ut scribit Petrus Jacobus tract. de cessio bonorum, col. 2. in praxi, Paris de Puteo de syndi. §. quia, n. 10. Cardi. Floret. consil. 94. in princ. Guido Papæ decis. Delphinat. 343. cujus sententiam explicat additio. littera D. Tiraq. in repetit. l. si unquam, n. 9. Cod. de revoc. donat. Joannes Paponius in consuet. Borbon. tit. cessio bonor. §. 72. prope fin. Baëca de inope debitore, c. 2. à n. 35. & c. 4. n. 16. Qui omnes Doctores scribunt cessationem ignominiosam, loco poenæ corporalis haberi: tanta enim est debitorum miseria, ut creditoribus 200 ciatur torques ferreus collo adjectus, ut latè comprobatur ibi Bart. & ideo cum corporis afflictivam poenam reus debitor pati debeat, indebitè relaxari postulat.

E converso autem puto dicendum in carcerato, pro delicto casu commisso, etenim ei quia ita deliquit, poenam corporalem minimè imponendam esse probat l. 1. §. divus, ff. ad legem Corn. de sicar. l. abstentem, §. fin. l. Metrodorum, l. respiciendum, §. delinquent, ff. de panis, comprobatur Joan. Andr. in reg. possessore, col. 2. de regul. jur. in 6. Decius in c. cognoscentes, col. 1. de constit. B. l. 1. §. 1. ff. quis test. liber esse jus, Bal. & Jal. col. 5. in l. in actionibus, ff. de in litem jur. Paul. Salicet. & Alexan. in l. & si severior, C. quibus ex causis infam. irroge. Alexand. consil. 109. visis. col. 4. l. 1. & consil. 140. colum. 2. lib. 2. Baëca de inope debitore, cap. n. 17. ergo vim notiorum judex faciet, si appellationi non deferat, in carcere detento pro delicto casu commisso quomodo in Curia declarandum censet.

ferret, nec ab eo deferendum; imò potius vim non fieri, suprema pratoria decernunt ad imitationem Concilii Trident. sess. 24. de reformatione, capite 20. & Congregationis Cardinalium, in ejus declarationem edita circa versiculum, ab illa reparari nequeat, & per interpretes d. Concilii, q. part. decisionum novissimarum decis. 224. f. l. 87. quæ simul sunt cum declarationibus Cardin. quæ in illis appellationem permittunt, in his prohibent: de quo latè egimus ad prin. hujus cap.

228 Quod ad eò verum est, ab injusta carceratione appellationem à detentatione legitimam reputari, ut omni tempore, & die possit eam carceratus emittere, & interponere: quia cum omni die dicatur gravari, & gravamen de his sit, quæ habent tractum successivum, inde est, ut tempus datum à jure ad appellandum currens à tempore sententiæ, seu gravaminis non procedit, nec intelligitur in appellatione à gravamine carcerationis? quæ emitti potest, non solum intra decem dies datos ad appellandum à die capturæ sed etiam post eos, etiam si sint lapsi 30. anni, quia cum omni die dicitur gravari, omni etiam die, tanquam à

229 novo gravamine potest appellari: enim verò sic gravatus semper intra tempus ad appellandum esse, consideratur à jure, ita tenent Specula. in titulo de appell. in §. restat. versic. & notat. & versic. & quid dices, &c. & in simili voluit glof. & Doctores in l. 2. Cod. de servitu. C. de Bald. in l. 2. in col. 2. in fin. versic. secundo quæro, C. de Episcopali. audientia, & in l. 1. C. sententiam rescind. non poss. B. in l. 2. ff. si quis in jus voca. non ierit, idem Bart. in suo tractatu de carcer. in 2. colum. in prin. Bald. in additio. ad Specula. tit. de appella. versic. à gravamine & versic. si judex, &c. & per eundem in cap. de testibus, tit. de test. Anton. & Joan. de Imola in cap. san. de electione, & Joan. Andr. in cap. dilectus el. 2. de rapio. Angel. in authentica bodie, C. de appellat. Anton. in c. fin. 4. colum. de feritis, latè Alexand. in l. inficiendo. §. infans, ff. de furtis, & in l. 1. §. ff. de feritis, & in l. eum qui §. in popularibus, ubi Paul. Castr. post glossam. ff. de iurejura. Angel. Aret. in tractatu de malefic. verbo qui judex dictum Caum detineri, & carcerari iusserat, in penult. col. versic. quæro aliquis captus est, &c. Card. Alexand. in c. ex parte tua, in 1. & 2. col. de appellat. Jas. in l. eligendi, in 3. colum. de procur. Felin. in c. exceptionem 7. col. versiculo fallit, 3. de exceptio. & ipse in c. accedens, el. 2. colum. 7. ut lite non contestata, qui plura similia adducit. Philipp. Fran. in c. super eo, el. 2. nu. 4. versiculo secundo nota, ex text. de appellat. Hippolyt. de Masil. in practica crim. §. attingam, nu. 19. Anton. Gomez lib. 3. var. c. 10. nu. 10. Lancel. tractat. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 50. n. 131. Dueñas regul. 52. limit. 1. Marq. tractat. de commiss. 1. p. 1. c. 12. a. n. 53. fol. 251. & iterum ipse Marq. cap. 28. n. 28. n. 21. & 72. fol. 305. in 2. impressio. Scaccia tractat. de appellat. quasi. 12. n. 145. & seqq. Ruginell. tr. de app. §. 2. c. 3. n. 16. fol. 83. Nicol. tr. de concord. à gloss. concord. 6. fol. 27. nu. 69. Castr. consil. 334. visa appellat. num. 4. lib. 1. Fran. in cap. ex parte tua, n. 9. de appell. Vestrius in praxi, lib. 7. cap. 3. n. 23. Casar. Barz. decis. Bonon. 47. n. 29. & 34. & sic hoc casu quocunque tempore emissa appellatio ab injusta detentatione, seu etiam captura legitime interposita, dicitur, etiam post decem dies ex dictis autoribus.

Nec ideo intelligas (ut aliqui ex hoc putarunt) posse captum pluries ab eodem carcerationis gravamine, & ab eodem judice appellare, sed semel tantum: nam si captus appellavit ab injusta captura ratione personæ, putà; dicens capi non posse, & appellationem profercutus est coram superioribus ex ea causa, & iterum remittatur judici inferiori: non poterit iterum ex eadem causa, & ratione ab eodem judice appellare: quia ex quo à superioribus iusta declarata est detentatio, iusta erit censenda, & transit in rem judicatam, quoad illud genus gravaminis, si iterum potuisset appellare,

daretur iudicium illusorium, contra text. in c. de foro competente, frustra igitur spectaretur iudicis superioris in hoc casu determinatio, ut constat ex eadem Concilii declaratione, & congregatione Cardinalium ad prin. hujus cap. relata, ibi, donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit, &c. imò nullibi hoc apud Doctorem aliquem invenitur scriptum, ut pluries possit appellari; imò esset contra juris regulam, & principia, sed solum ipsi omnes dicunt, in hoc solum esse hujus articuli privilegium: ut appellationis emissio non ardeat termino à jure assignato, intra quem appellatio debeat proponi, sed etiam post multos dies: in cæteris autem (à jure hoc dempto casu omisso) libera remanet juris communis dispositio, adeo ut in forma proponenda in forma proferenda, in cæteris nihil innovatum sit. Et probatur ex similitudinibus, & comparationibus adductis à DD. supra relatis, præcipue Felin. & Hippolyt. dicentibus citatum tempore feriarum, qui in prima comparatione non opposuit, posse tamen in secunda opponere de feriis, quia secundum eos habet gravamen continuum: ergo semel opposita hac exceptione iterum opponi non possit: ergo eodem modo semel appellans à quodam genere gravaminis capturæ, iterum ab ipso eadem ratione, nec ab eodem judice valebit appellare; sed in eadem victus debet acquiescere, & facit quod paulo ante dicebamus carcerationem in prima instantia legitime reputatam, debere in secunda, & aliis instantiis similiter haberi.

Hinc est quòd quando quis declaratur semel legitime carceratus, tunc ipse carceratus debet appellare infra decem dies à tempore declarationis hujusmodi, ut scribunt Franc. in d. cap. super eo, el. 2. d. cap. ex parte, el. 1. sub nu. 9. de appell. Scac. ubi proxime, d. q. 12. n. 146. Gravatus in additio. ad praxim Vestrii, lib. 7. cap. 3. 56. Ruginell. d. §. 2. c. 3. nu. 176. Lancelot. d. limit. 50. n. 134. ibi secundo nisi.

Alier itaque dicendum est, si ex alio capite, & ex alia causa diversa à prima appellatione, iterum, pretendat se injustè captum, & ex hoc iterum appellaverit, ut puta: si prius, appellavit à detentatione ex ratione personæ, quia non eram capiendus, licet succumbam, & vincar: nihilominus ex alio capite, si ratione rei, de qua agitur, postum dicere capturam injustam, & ab ea iterum appellare: quia nullus pluries uti defensionibus prohibetur, c. nullus de regul. in 6. & cum sit diversa causa, pro qua captus appellat, victus in una non præjudicat sibi ex alia appellanti, text. est in l. & eadem causa petendi cum suis, §. 5. ff. de executione rei judicat. l. si mater, §. eandem, §. eodem titulo; si autem omnes eadem causas in principali appellatione deduxit, obstat sibi rei judicatæ exceptio, volenti postea ex aliqua earum à detentatione appellare juxta supradicta iura, & alia plura.

Et insuper notandum, ut tunc non poterit carceratus appellare à carceratione, quando dedisset fidejussores de solvendo, vel de redeundo ad carceres, quia sic consentit carcerationi. Bar. in qu. 6. Lapus sub nu. 18. vers. 2. casu, ideoque non diceretur gravatus. Soci. cons. 113. quoniam, n. 3. in fin. & 4. lib. 3. Ruginell. tractat. de appell. §. 2. cap. n. 77. Scac. de appellat. q. 12. nu. 147. fol. 170. Magon. in Floren. dec. 126. n. 2.

Pariet nec poterit appellari: quando quis carceratus fuerit pro causa sui natura inappellabilis, ut pro executione rei judicate, aut obligationis in forma Camere (ubi alias de jure præmissa sit captura pro ejus executione) Rug. d. c. 3. n. 178. Scac. d. cap. 12. n. 148. vide quæ nos latè supra, hac secunda part. c. 3. per totum, & vide à n. 10.

Insuper etiam advertendum est, quòd appellans à carceratione injusta post decem dies appellat, allegans tamen causam gravaminis de præsentis, non de præterito, quia præterito gravamine non admittitur appella-

230

appellatio post decem dies. Philipp. Franc. in cap. ex parte tua 47. sub n. 9. de appellatione. Scaccia de appellatione. qu. 12. num. 149.

238 Videtur tamen quætionem ancipitem, & difficilem ad nos, resolutionem quaerentem accedere, quam apud neminem (ex his, quos in hac materia prælegi) tactam vidi, an iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi emissæ à relaxatione carcerati, procedensque ea non obstante ad actualem, & effectivam sententiæ executionem, & sic ad relaxationem carcerati detenti, & quòd non obstante appellatione possit carceratus nihilominus relaxari, probatur primò; nam contrarium eadem est dispositio, l. & si contra, in fin. ff. de vulg. & pupil. l. pen. & ibi Bald. de salu. cum vulg. & ex his, quæ in hujus argumenti comprobationem adducit latè Everard. in loc. leg. in loco contrariis ad div. ver. pugnam, seu opposit. ubi inter alia dicit Abb. hoc uti argumento, in cap. de prior. 2. notabili, de appell. ad probandum, quòd si quis puniatur non deferens appellationi iustæ ex l. iudicis, Cod. de appellat. ita etiam puniri debet ref. res appellationi frivolæ, cap. de appell. in 6. quia contrarium eadem est dispositio, & alia plures doctrinas, quas per te videre poteris: sed sic est, quòd captura rei non differat propter appellationem ab ea emissam, imò ea ipsa in carcerem mittitur reus, ut ex Julio Claro, in pract. crim. quasi. 6. nu. 2. Guid. Papæ, quasi. Delphinat. deriv. 231. Relatio à Marco, decisio. 915. incipit quæro an pendente, num. 4. Cardinal. Tusc. consil. 101. num. 11. & aliis probavimus supra, cap. precedenti, circa citationem realem, ergo eodem modo mandatum relaxationis suspendi non debet per appellationem subsequentem si super, quia non debet actori licere, quòd reo licitum non existat, regul. non debet, de regul. jur. in 6. ergo vel appellatio à reo emissà à captura eam debet suspendere, vel emissà ab actore non debet relaxationem impedire, ut ideo jus detur in utroque. Deinde probatur, quia idem jus esse debet de aliquo actu faciendo, quòd de ipso destruendo, & dispositum in uno dispositum censetur in alio, l. item veniunt, in prin. juncto §. 1. ff. de petitione heredit. textus, in cap. de illis, in princip. de desponsatione impuber. juncto cap. unico, §. idem quoque, eodem titul. lib. 6. glof. in l. 3. §. contrarium, ff. de contraria, & nulli actione tutela, igitur pariter dicendum est, quòd quemadmodum appellatio non suspendit mandatum capturæ faciendæ, nec etiam suspendat mandatum carcerati relaxandi.

239

240 Et quia eadem ratio, quæ militat in casu concurso, ut appellatione non obstante deinceps in carcere scilicet; ad faciliorem causæ expeditionem, cum alias potuissent aufugiendo poenam evitare: & si antea iusta erat captura, pariter in appellatione debet reputari, ut tenet Alciat. cons. 16. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. ampliat. 4. num. 21. & 4. limit. nu. 16. Guid. Papæ, decisio. 235. si quis incarceretur, & appell. Bald. in l. 2. versic. sed incidenti, C. de Episcopali audient. Speculator. in tit. de appellat. §. novissime, colum. 1. versic. 39. Fariac. tom. 1. pract. crim. q. 33. n. 21. quæ ratio etiam militat in hoc casu, scilicet, in relaxatione, quam si superior injustam esse dixerit, & aufugerit, iudicium redditur illusorium, & in puniuntur delictum, & sic hæc ratio operatur contra regulam juris, dicentem appellatione pendente nihil esse innovandum; ut in casu captura: à fortiori, ubi per ea regula juris est sicut in nostro casu, & ita ratio, quæ vincit regulam juris, & ipsam etiam contrariam ad se trahit, multò magis ad se trahit eam, quæ pro se facit, ipsamque coadjuvat.

241 Quid dicendum in hac contrarietate? quòd si veritatem amamus, hæc ultima, & posterior pars iure verior est, & probabilior, ejusque regulis magis inhæret, & ego ei ex rationibus adductis, & adstrictis fundi mentis, & sic ea retenta, non obstant contrarium adducta. Non primùm ex ratione, l. sed & si contra, in fin. ff. de vulgari & l. penult. C. de solut. nec secundum, & tertium, quia respondeo, contraria fatendo argumenta, quæ procedunt, ubi militat eadem ratio contrarietatis. Everard. ibi, & sic cum illa, propter quam non obstante appellatione à captura reus detinetur in carcere per perpetua, & duret adhuc in casu converso relaxationis, nihil mirum, ut duret ejus comparatio, maxime quando conformatur cum jure communi, & sic appellatione emissà à relaxatione detineatur in carcere.

242 Nec obstat ultimum ex æquiparatione de communicatione ad capturam, quoniam & si eam admittimus in genere, nihilominus quoad relaxationem utriusque multum ab similibus ratio facit, & nihil mirum ut eadem varietur, variata propositione, & contrarium operetur in utroque; nam in illa periculum est in mora, quia cum quotidie moriamur, & quolibet momento sumus in hoc periculo mortis; inde est, ut per appellationem non suspendatur relaxatio excommunicationis nec absolutio, ut latè in cap. sequent. probavimus, Deo dante, & sic cum periculum est in mora, recedimus à regulis juris, ut ibi: at verò in appellatione à relaxatione capturæ periculum est festinatione, & anterioritate: nam si antequam causa per appellationem terminetur, relaxatur reus, potest aufugiendo, poenam eludere, & evitare, & propterea contraria contrariis curantur, si que conclusio sit iudicem Ecclesiasticum, non deferentem appellationi à relaxatione cæteris, ad executionem.

243 Cæterum & pro hac parte facit, excommunicatio etiam, & captura à pari procedunt, nam sicut illa animam detinet alligatam; ita & hæc corpus, & eodem modo appellatio ab excommunicatione non suspendit ejus effectum, ut notatur in cap. præterea, de appell. & nos latè agemus Deo dante, in cap. sequenti, à relaxatione autem excommunicationis emissà appellatio ejus effectivam executionem non impedit, ut ibi probavimus: ergo eodem modo dicendum est relaxatione carcerationis.

244 Contraria tamen sententia appellatione pendente, à relaxatione capti, ad ejus actualem executionem non esse procedendum, in d. notoriam vim fieri, & deferendum, declarandum fore per Senatorem, & jure, & ratione verior est. Prin. d. quia si hoc casu appellationem permittimus (ut debemus) quia relaxato reo aufugiendo, nullus est in quem executio sequatur poenæ queat fieri, & sic illusorium remanet iudicium, & delictum impunitum, ac propterea carcer inventus est propter præsumptionem fugæ; ut latè hoc cap. dixi, & sic cum possit oriri ex relaxatione præjudicium causæ principalis, regula est, ut ab ea liceat appellari Corneus consil. 35. circa primum in prin. volum. 1. Rebuff. in 3. tom. tit. de sentent. executoria, num. 7. Petrus Dueñas in regul. 52. fallen. 9. Barthol. Socinus, in regul. 22. post Bald. in leg. fin. Cod. de tempor. appellat. & nota in cap.

interposita, de appellat. Gravatus in addit. ad praxim Vestrii, cap. 10. n. 6. l. 3. vers. rursum, Pedemont. decis. 35. n. 14. Jacob. Menoch. in tract. de adipiscend. rem. 4. num. 8. 7. Joseph. Ludovic. in decisionibus Perus. decisio. 38. num. 2. 4. & seqq. & faciunt, quæ circa appellationem à tortura nexata, & testibus non admittis superiori cap. dixi. Ergo succedit regula, ut ea pendente nihil sit innovandum, nec ad executionem procedendum, libi, indiget enim status, &c. & in fin. ff. nihil novari appellat. pendente; sed omnia debent in eodem statu manere, c. 1. appell. pendente nihil movetur cap. 1. de re judicata, cap. venientes, ibi, sententias appellatione suspensas, de jure jur. insuper quia nullibi reperitur in hoc casu appellationis effectus aliquis prohibitus, & qui dicit appellari non posse, tenetur probare, Gloss. in l. qui restitueret, ff. de rei vindicat. Philipp. Franc. in rubr. de appellat. colum. 4. ver. 3. pramitte, Socin. consil. 39. lib. 4. & alii per Lancelotum Robert. de attent. 2. p. cap. 12. ampliat. §. n. 9. & seqq.

245 Et quia eadem ratio, quæ militat in casu concurso, ut appellatione non obstante deinceps in carcere scilicet; ad faciliorem causæ expeditionem, cum alias potuissent aufugiendo poenam evitare: & si antea iusta erat captura, pariter in appellatione debet reputari, ut tenet Alciat. cons. 16. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. ampliat. 4. num. 21. & 4. limit. nu. 16. Guid. Papæ, decisio. 235. si quis incarceretur, & appell. Bald. in l. 2. versic. sed incidenti, C. de Episcopali audient. Speculator. in tit. de appellat. §. novissime, colum. 1. versic. 39. Fariac. tom. 1. pract. crim. q. 33. n. 21. quæ ratio etiam militat in hoc casu, scilicet, in relaxatione, quam si superior injustam esse dixerit, & aufugerit, iudicium redditur illusorium, & in puniuntur delictum, & sic hæc ratio operatur contra regulam juris, dicentem appellatione pendente nihil esse innovandum; ut in casu captura: à fortiori, ubi per ea regula juris est sicut in nostro casu, & ita ratio, quæ vincit regulam juris, & ipsam etiam contrariam ad se trahit, multò magis ad se trahit eam, quæ pro se facit, ipsamque coadjuvat.

246 Quid dicendum in hac contrarietate? quòd si veritatem amamus, hæc ultima, & posterior pars iure verior est, & probabilior, ejusque regulis magis inhæret, & ego ei ex rationibus adductis, & adstrictis fundi mentis, & sic ea retenta, non obstant contrarium adducta. Non primùm ex ratione, l. sed & si contra, in fin. ff. de vulgari & l. penult. C. de solut. nec secundum, & tertium, quia respondeo, contraria fatendo argumenta, quæ procedunt, ubi militat eadem ratio contrarietatis. Everard. ibi, & sic cum illa, propter quam non obstante appellatione à captura reus detinetur in carcere per perpetua, & duret adhuc in casu converso relaxationis, nihil mirum, ut duret ejus comparatio, maxime quando conformatur cum jure communi, & sic appellatione emissà à relaxatione detineatur in carcere.

247 Nec obstat ultimum ex æquiparatione de communicatione ad capturam, quoniam & si eam admittimus in genere, nihilominus quoad relaxationem utriusque multum ab similibus ratio facit, & nihil mirum ut eadem varietur, variata propositione, & contrarium operetur in utroque; nam in illa periculum est in mora, quia cum quotidie moriamur, & quolibet momento sumus in hoc periculo mortis; inde est, ut per appellationem non suspendatur relaxatio excommunicationis nec absolutio, ut latè in cap. sequent. probavimus, Deo dante, & sic cum periculum est in mora, recedimus à regulis juris, ut ibi: at verò in appellatione à relaxatione capturæ periculum est festinatione, & anterioritate: nam si antequam causa per appellationem terminetur, relaxatur reus, potest aufugiendo, poenam eludere, & evitare, & propterea contraria contrariis curantur, si que conclusio sit iudicem Ecclesiasticum, non deferentem appellationi à relaxatione cæteris, ad executionem.

251

executionem effectivam procedentem, notorium vim facere, & proteflatus Regium, & salubre auxilium violentiæ, obtinere debet, nempe vim fieri, & innovata reponere. Limita tamen hanc regulam, ut procedat in foro Ecclesiastico indiffinitè, & in seculari quoad iudices inferiores: scilicet tamen quoad suprema tribunalia, Regiæque prætoria, in quibus praxia, & consuetudo obtinuit, ut decretum relaxationis carcerati non suspendatur per supplicationem emissam, imò ea non obstante reus solet relaxari, & hoc iure utimur, licet iuris regulæ sint in oppositum.

253 Ego autem hanc conclusionem libenter limitarem, secundo, etiam in iudice Ecclesiastico, & secularibus inferioribus, ut minimè procedat, quando reus relaxatur ex capite innocentie secundum ea, quæ supra, hoc in capite diximus ex leg. nullus, Cod. de exhibendis reis, leg. pro quo pene, §. 1. ff. de manumissionibus, Hippolyt. de Matil. in præf. crim. §. attingam, num. 16. Pari. de Puteo de syndic. versiculo fideiussor officialium, cap. 3. si iudex malefactorum, numero 12. Roderico Xarez in tractatu de fide, in causa crim. num. 25. & pluribus relatis à Menoch. de arbit. casu 303. num. 36. Julio Claro in præf. crim. qu. 46. verbo pariter, &c. & ex aliis forsùm adductis: nam si conclusa causa, & didicita testificata in iudicio reus innocens ex actis ipsis evidenter constat, & apparet innocens, quid spectandum est, nisi ut ipse statim relaxetur? Postquam tam clarè de sua innocentia docuit, in quo cessat periculum fugæ, & pœnæ evitandæ, cum sit in causa absolutiois portus, quam condemnationis, quod æquum & humanum est. Si autem alio capite, aliave ratione, puta, iurisdictionis, personæ, ordinis, &c. relatus fuerit, procedat conclusio in regula prædicta, in quibus iuris rigor est servandus.

Eorum autem, quæ hucusque diximus, non inutiliter in hoc loco praxim offeram, & in dubium revocabo: an si in casibus, in quibus appellare posse diximus ab injusta carceratione, & detentatione, quibus omnino debet iudex Ecclesiasticus deferre, quòd si secus fecerit, & per viam violentiæ ad curiam causâ hæc trahatur, indubitable est, esse declarandum, vim facere, deferatque, & reponat omnia facta post appellationem, & intra tempus ad appellandum, an iudex ipse Ecclesiasticus, cui Regia provisio ordinaria huius decreti virtute facta intimatur, simul cum delatione debeat captum reponere, sic carceratum appellan-tem relaxare & facit dubium: nam cum hoc genus gravaminis habet tractum successivum, & quotidie gravet, inde est, ut etiam post appellationem ab injusta carceratione emissam gravamen duret, & ita illud, tanquam innovatum, & attentatum, debeat reponere, & relaxare, ex qua ratione non desuit, qui hanc partem veram esse dixerit.

255 Quod tutum mihi nullo modo videtur, nec iure probabile, ad quod suppono, quod aut appellationem ab injusta carceratione consideramus, antequam mandatum de capiendò effectum habeat, & isto casu speciale est, ut non obstante appellatione ab ipso mandato captus sequatur, nec tunc dicitur aliquid iudicem contra eum novare, nec attentare, ex eo quòd ius publicum, & suum tueri videtur. Guido Papæ in incipitibus Delphina, decij. 235. Franc. Marc. decij. 915. incipit quæro an pendente, n. 4. Cardin. Tulchus conclus. 101. n. 11. & titulum nihil novari appellatione pendente, hoc in casu ex consuetudine locum non habere, tenet Julius Clarus in præf. crim. qu. 46. num. 2. & favent ea quæ diximus cap. præcedenti, circa appellationem à citatione reali, ubi plures alios recitavi: ita illum titulum limitat etiam Guido Papæ decij. 25. si quis incarceraretur, dicens, quòd licet carceratus non conferverit in eo statu libertatis, in quo erat tempore appellationis, non ideo secutâ capturâ innovatum est, nec

ut tale venit revocandum, idem tenet Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 33. post num. 4. idem Lancelotus ibid. l. cap. 12. amplia. 4. in præfatione, n. 21. & 22. & talis captura & detentatio post appellationem contenta ad faciorem ejus, & causæ expeditionem, ut bene advertit Alciatus consilio 16. incipit licerit, sub n. 4. lib. 7. & idem Lancelotus ubi proxime, d. ampliatione 4. numero 22. Prosp. Farinacius lib. 2. præf. crim. quest. 33. n. 21. ubi plures refert.

Et quando iudex aliquid post appellationem fecerit, quod in faciorem causæ, & appellationis tendat, nec est attentatum, nec ut tale venit revocandum, inò iure optimo sibi permillum est; textus est in cap. cum teneatur, de appell. Petrus Duñas in regul. 42. limit. 17. Franc. in d. c. cum teneatur, in 2. nota. August. Beronius consilio 45. in causa. 2. lib. 3. textus & reg. in verbo distictus, in c. 2. de matrimonio contra interd. Ecclesiæ, & ibi Abb. in ult. nota. & Joan. Andr. facit text. in c. tua, & ibi Abb. n. 2. de sponsa duorum, Franchus in c. sollicitudinem, num. 3. de appellatio. Parisius n. 54. incipit in isto iudicio, n. 2. lib. 3. Rota dec. 4. aliis 390. si deseratur, de sequest. possess. & fructuum novis. & decij. 11. aliis 349. nota quod si deseratur, ergo cum non sit hæc secuta captura, attentatum, nec innovatum; juxta quæ dicta sunt nec aliquo modo revocatur à iure; inò ab eo permillum est, minùs rectè dicemus, ut virtute provisionis ordinariæ debeat reus relaxandus reponi, cum intentio provisionis non tendat, nisi ad attentata, & innovata in præjudicium appellationis facta, contra canonum, & Conciliorum statuta, & decreta, ut probavimus in 1. & 2. c. prima partis, & vide quæ in specie huius difficultatis latè dixi supra, prima part. cap. 2. §. 1. à n. 22. cum pluribus sequentibus.

Pro quo facit declaratio Cardinalium super Concilio Trident. sess. 24. de reformatione, c. 20. versiculo. ab ista reparari nequeat, ibi: Intelligitur etiam de gravamine indebitæ carcerationis, & ordinariis tenetur huic appellationi deferre, & sinere processum, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ aliud iusserit. Idem dictum fuit per interpretes Concilii Trident. 4. parte decisionum novissimarum, quæ simul fuit inter declarationes Cardinalium: Congregatio Concilii censuit gravamen indebitæ carcerationis esse ex his, quæ per appellationem à definitiva reparari nequeunt: ideoque ab eo ante definitivam appellare licere, ex decreto, cap. 20. circa princip. & ordinariis teneri huic appellationi deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ, aliud iusserit, &c. quæ adinvicem videntur transcriptæ, & pondera, quia simul & deferre, & detinere jubent, cuius specialitas, & intentio ex supradictis pendet, & vide Scacciam de appellatio. quest. 17. memb. 1. num. 165. & quest. 20. num. 26.

Aut enim appellatione consideramus emissam postquam est decretum capturæ in defectum deductum, & sic ab ipsa detentatione injusta, postquam ipse appellans captus fuit, effectivè: tunc enim minùs dicenda est captura attentata, & ideo post appellationem reus relaxandus non est, ut tenet Speculator in titulo de appellat. §. novissime, in princ. versiculo tertius si condemnatus, quem sequuntur Vitalis in tract. de clausi. in claus. nihil novari appellat. pend. in princ. versiculo item fallis Maranta in specu. 103. parte 6. p. 16. princip. question. 2. n. 186. versiculo. 1. limita. Allegans Bartol. in leg. ab executione, Cod. quorum appellationes non recip. & Bald. in l. 2. Cod. de Episcopali aud. Petrus Duñas in reg. 42. n. 11. vers. 22. fallis. Lancelot. Conrad. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in causa civili, cap. de appellat. sub n. 21. versiculo 1. condemnatum, & per Lancel. tenet Scac. de appellat. qu. 17. limit. 47. memb. 1. num. 161. ubi n. 162. tractat, quòd quando quis est jam condemnatus, au

& quando sit relaxandus appellans: hoc tamen velim intelligas, procedere non iure speciali ex rationibus de quibus in causa superiori, sed iure ordinario, ut ita dicam, & communi, ex eo quia natura appellationis ea est, ut omnia conservet in eodem statu, quo erat tempore appellationis emissæ, textus in l. 1. ibi, integer enim status, &c. ff. nihil novari appellatione, textus in dist. c. 1. ut lue pendente nihil novari appellatione, textus in dist. c. 1. ut lue pendente. nihil imm. c. 1. de re iudicata, cap. veniens, de iurejurando, ergo cum appellans tempore appellationis, se incarcerationum invenit, à quo emisit appellationem, sola ipsa appellatio non erit sufficiens, & talis potentia, ut factum inficiat absque superioris cognitione, & opere, ut ex pluribus aliis dicit Prosp. Farin. d. 2. tomo, quest. 33. nu. 21. nulli enim appellationi hæc est attributa potentia, ut ante eum gesta attentata jus vocet, nec ex ea causa revocet, nisi per viam ordinariam appellationis fecuta, coram superiori bene appellatum, & male iudicatum decidatur, & quando factum præcedit appellationem, vel tempus ejus proponendæ, non dicitur attentatum: text. in cap. non solum, de appellat. in 6. & ideo cum captura præcedat appellationem, juxta regulas iuris, in eodem statu esse debet, quia attentatum non est: imò si post appellationem hoc casu captus appellans relaxetur à carcere, ista relaxatio respectu promotoris fiscalis, vel accusatoris erit attentatum, & innovatum, & cum alteretur natura appellationis, omnia in eodem statu conservantur, ut post hæc scripta considerata inveni Lancel. Robertum hæc limitantem in tra. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 33. nu. 3. qui non immerito damnat Doctores supra relatos, putantes, hoc etiam procedere iure, & ratione speciali, idemque adscribentes pro fallentia ad regul. nihil novari appellatione pendente, cum primò potius detentio in carcere post appellationem ab eo emissam prædictam regulam per omnia imitetur, quod verum est, vide etiam Scac. de app. q. 17. q. 57. limit. 57. memb. 1. n. 162. fol. 194.

264 Si igitur ut vides, in utroque casu detentio incarcerationi post appellationem ab injusta captura emissam, nec attentatum, nec species ejus dicatur: sed proveniat ex juris præcepto, & natura appellationis ejusdem, in ea nullo modo poterit verificari provisio ordinaria in illa particula, y reponga lo hecio despuer de apelacion, &c. cum de attentatis intelligatur non aliter, quod si secus putare verum, in magnam absurdum sequeretur; nam si appellans relaxatur ex curiæ decreto, ad quæ deferre appellationi à captura jubet; quid posset ex ea ulterius consequi coram superiori, & ad quem effectum delatam appellationem profecturus est, cum nullum ex ea poterit fructum consequi, & talis appellatio nec admittenda, nec prosequenda est, quia revocato gravamine, à quo appelleretur per iudicem inferiori, non interest appellantis appellationem prosequi textus in c. si à iudice, ibi, & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit ex tunc liberè in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset de

267 appell. in 6. dicit ibi gloss. verbo non fuisset, quia cessante gravamine cessare debet appellatio, text. in c. cum cessante de appellat. quia interesse non habet: ita eleganter loquitur Philip. Franc. in d. cum cessante, §. lim. ad finem vers. amplius intellige omnia præcedentia fol. 71. à tergo, generale enim est, ut appellatio emissâ per eum, cuius non interest, dicatur frivola: ita tenet Fulg. conf. 165. n. 2. ubi latè Card. Tusc. conf. 396.

269 Ceterum aliud & intolerabile absurdum, ut superioris iurisdictioni hac via usurpetur, intrumentis se de meritis causæ, & ejus iustitia directè cognoscere; quod à nobis abest: huius etenim cognitio ad superiorum de appellatione cognoscendum pertinet omni iure, & ei in curia attentè reservanda est, ut iudicant illa verba prædictæ declarationis Cardin. & decisionis

Rotæ ibi, teneri huic appellationi deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ, aliud iusserit, & sic supremi auditores de appellationis delatione curent, non autem de relaxatione capti, quia hæc debet à superiori appellationis iudice pendere. Laus Deo.

CAPUT V.

Ab excommunicatione, suspensione, vel interdictione, eorumque relatione, an iudex vim committere dicetur, appellationi emissæ non deferendo, & quid à suspensione, vel depositione beneficii, vel temporalia recipiantibus.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio, suspensio, & interdictum sub censura verbo comprehenduntur.
- 2 Excommunicationis sententia dicitur interlocutoria.
- 3 Ab excommunicatione appellatio non suspendit ejus effectum quia secum executionem, & ligamen trahit.
- 4 Declaratio præcedentis excommunicationis etiam post appellationem fieri potest.
- 5 In prohibenda appellatione ab excommunicatione varie loquitur Doctores, & causi legendi.
- 6 & 7. Appellatio ab excommunicatione, & aliis censuris non suspendit, sed devolvit, & quid devolutio operetur.
- 8 Excommunicationis sententia conditionalis suspenditur per appellationem subsequendam.
- 9 & 10. Etiam postea accedente conditione, quia excommunicatus appellans non ligatur.
- 11 Distio nisi posita in sententia illam reddit conditionalem.
- 12 Excommunicati declaratio, & publicatio fieri potest post appellationem ab excommunicatione purâ.
- 13 Denuntiatio est accessoria, consecutiva ad excommunicationem, & sic fieri potest appellatione pendente.
- 14 Excommunicatus pure per denuntiationem amplius non intelligitur, nec excommunicati aliquid addit.
- 15 Denuntiationis praxia, & assignandi latrones, & cedulones Romana Curia, remissive.
- 16 & 17. Denuntiationem per quam excommunicatus appellans plus ligetur, prout aggravatio, & reagravatio, facere iudex requiritur.
- 18 A præcepto sub pena excommunicationis licita est appellatio suspensivè.
- 19 A comminata excommunicatione licet suspensivè appellare.
- 20 A comminatione iudicis executiva gravaminis illati appellatur suspensivè.
- 21 Excommunicatio post appellationem legitimam est nulla, & attentata.
- 22 Excommunicatio post legitimam appellationem, cum nulla sit, potest clericus celebrare absque regularitate.
- 23 Appellatio à censuris nullis licita est.
- 24 A monitoriis datis ubi danda non sunt, appellatur licite, quia sit actus, per quem futurum designatur gravamen.
- 25 A restitutione petita & negata, & censuris nullis licita est appellatio.
- 26 Excommunicatio & aliæ censura, quibus casibus dicantur nullæ, aut injuste, remissive.
- 27 Excommunicatio actus est executivus.
- 28 Excommunicatio nulla non ligat, & recipit appellationem.
- 29 A monitorialibus literis ad effectum revelationis denegatis licet appellare.
- 30 Monitoriales literæ ad effectum revelationis quinque requirunt requisita, ut queant relaxari.